Locutusque est dominus: **XX** cunctos sermones hos. Ego sum dominus deus tuus: qui eduxi te de terra egypti. et de domo seruitutis. Non habebis deos alienos: coram me. Non facies tibi sculptile; neque omnem similitudinem que est in celo desuper. et que in terra deorsum: nec eorum que sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea: neque coles. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes; visitans iniquitatem patrum in filios. in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me: et faciens misericordiam in milia. his qui diligunt me. et custodiunt precepta mea. Non assumes nomen dei tui: inuani. Nec enim habebit in fonte dominus eum: qui assumpsit nomen domini dei sui frustra. Memoro: ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis: et facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbati domini dei tui. non facies

omne opus. tu et filius tuus et filia tua. et seruus tuus et ancilla tua: iumentum tuum. et aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus celum et terram et mare et omnia que in eis sunt: et requieuit die septimo. Idcirco benedixit dominus diei sabbati: et sanctificauit eum. Honora patrem tuum et matrem tuam: ut sis longeuus super terram. quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui; nec desiderabis uxorem eius: non seruum non ancillam. non bouem non asinum. nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus uidebat uoces et lampades. et sonitum bucinę montemque fumantem: et perterriti ac pauore concussi. steterunt procul. dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. Non loquatur dominus nobis: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret uos uenit deus: et ut terror illius esset in uobis. et non peccaretis. Stetitque populus delonge: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitque preterea dominus ad moysen. Hec dices filiis israel. Vos uidistis quod de celo locutus sum uobis. Non facietis mecum deos argenteos: nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis super eo holocausta et pacifica uestra.

oues uas et boues: in omni loco
in quo memoria fuerit nominis mei.
Veniam ad te: et benedicam tibi.
Quod si altare lapideum feceris
michi: non edificabis illud de sectis
lapidibus. Si enim leuaueris cultrum
tuum super eo: polluetur. Non ascen-
des per gradus ad altare meum: ne
reueletur turpitudine tua. **XXI**
Hec sunt iudicia: que propones
eis. Si emeris seruum hebreum;
sex annis seruiet tibi: in septimo
egredietur liber gratis. Cum quali
ueste intrauerit: cum tali exeat.
Si habens uxorem: et uxor egre-
dietur simul. Si uero dominus dedit
illi uxorem et pepererit filios et fi-
lias; mulier et liberi eius erunt
domini sui: ipse uero erit cum uestitu
suo. Quod si dixerit seruus. dili-
go dominum meum: et uxorem ac liberos.
non egrediar liber: offerat enim do-
minus dominus eius. et applicabitur ad
hominem et postes. perforabitque aurem
eius subula: et erit ei seruus in
seculum. Si quis uendiderit filiam
suam in famulam: non egredietur
sicut ancille exire consueuerunt. Si
displicuerit oculis domini sui. cui tra-
dita fuerit: dimittet eam. Populo
autem alieno uendendi non habebit
potestatem: si spreuerit eam. Si
autem filio suo desponderit eam:
iuxta morem filiarum faciet illi. Ad
si alteram ei acceperit: prouide-
bit puelle nuptias. et uestimenta:
et pretium pudicitie non negabit.
Si tria ista non fecerit: egredietur

gratis absque pecunia. Qui percussit
hominem. uolens occidere: morte
morietur. Qui autem non est
insidiatus. sed deus illum tradidit
in manus eius: constituam tibi
locum quo fugere debeat. Si quis
de industria occiderit proximum
suum et per insidias; ab altari meo
auellatur eius: ut morietur. Qui per-
cussit patrem suum et matrem:
morte morietur. Qui maledixit
patri suo uel matri: morte mori-
atur. Qui furatus fuerit hominem.
et uendiderit eum: conuictus morte
morietur. Si rixati fuerint
uiri. et percussit alter proximum
suum lapide uel pugno. et ille mor-
tuus non fuerit sed iacuerit in lec-
tulo; si surrexerit et ambulauit
foris super baculum suum. innocens
erit qui percussit: ita tamen ut
operas eius et impensas in medi-
cos. restituat. Qui percussit ser-
uum suum uel ancillam uirga. et
mortui fuerint in manibus eius:
criminosus reus erit. Si autem uno
die uel duobus supuixerint: non
subiacebit pene: quia pecunia il-
lius est. Si rixati fuerint uiri. et
percussit quis mulierem pregnantem.
et abortiuum quidem fecerit sed ipsa
uixerit: subiacebit dampno. quan-
tum expecterit maritus mulieris.
et arbitri iudicauerint. Si autem
mors eius fuerit subsecuta: red-
det animam pro anima. oculum pro
oculo. dentem pro dente. manum
pro manu. pedem pro pede. adustio

nē pro aduisione. uulnus p uul
nere. luorem pro luore. Si pui
ferit quispiā oculū serui sui aut
ancille. et luscōs eos fecerit: di
mitteret libōs pro ocūlo quē eruit.
Dentem quoq; si excusserit ser
uo uel ancille sue: similit̄ dimit
tet eos liberos. Si bos cornu pe
cierit uirum aut mulierē. et mor
tui fuerint: lapidib; obruetur.
et nō comedentur carnes ei: dñs
q; bouis innocens erit. Qd si bos
cornūpeta fuit ab heri et nudius
tercius; et contestati sunt dñm
eius. nec reclusit eum. occideritq;
uirum aut mulierē: et bos lapi
dib; obruetur. et dñm illius occi
dent. Quod si precū ei fuerit im
positū: dabit pro anima sua q̄
quid fuerit postulatus. Filium
quoq; et filiam si cornu percussit:
simili sententię subiacebit. Si
seruū ancillamq; inuaserit: tri
ginta siclos argenti dabit dño:
bos uero lapidib; opprimetur. Si
quis aperuerit cisternam ⁊ fode
rit. et non operuerit eam; cecide
ritq; bos uel asinus in eam: pre
cū iumentōꝝ reddet dñs cisterne.
Quod autē mortuū est: ipsius
erit. Si bos alienus bouem alte
rius uulnerauit. et ille mortuus
fuerit: uendent bouem uiuū. et
diuident precū. Cadauer autē
mortui: inter se dispicient. Si autē
sciebat qd bos cornūpeta eēt ab
heri et nudius tertius. ⁊ nō custo
diuit eum dñs suus; reddet bouē

pro boue: et cadauer integrū acci
piet.
Siquis furatus **XVII** pier.
fuerit ouem aut bouem ⁊ occi
derit uel uendiderit: q̄ncq; boues p
uno boue restituet: et q̄tuor oues
pro una oue. Si effringens fur do
mū siue suffodiens. fuit inuētus.
et accepto uulnere mortuus fuit:
percussor non erit reus sanguinis.
Quod si orto sole hoc fecerit: homi
cidū perpetrabit: et ip̄e morietur.
Si non habuerit quod pro furto
reddat: uenundabitur. Si inuentū
fuerit apud eū quod furatus est.
uiuens. siue bos. siue asinus. siue
ouis: duplū restituet. Si leserit
quispiam agrū uel uineam. ⁊ di
miserit iumentū suū ut depasca
tur aliena: quicquid optimū habu
erit in agro suo uel in uinea. pro
dampni estimatione restituet. Si
egressus ignis inuenerit spicas. ⁊
comphenderit aceruos frugū siue
stantes segetes i agris: reddet dāp
nū qui ignem succenderit. Si q̄s
comendauerit amico pecuniam.
uel uas in custodiam; et ab eo q̄
susceperat. furto ablata fuerint:
si inuenitur fur. duplum reddet.
Si latet fur. dñs domus applica
bitur ad deos; et iurabit qd nō ex
tenderit manū in rem pximi sui
ad perpetrandā fraudem tam in
boue quā in asino. et oue ac umū
to. uel uestimento: et quicquid
dampnū inferre potest. Ad deos:
utriusq; causa pueniet. Et si illi
iudicauerint: duplum restituet

proximo suo. Si quis comendauerit proximo suo asinum bouem ouem et omne iumentum ad custodiam et mortuum fuerit. aut debilitatum uel captum ab hostibus. nullusque hoc uiderit; uisurandum erit in medio: quod non extenderit manum ad rem proximi sui. Suscipietque dominus iuramentum: et ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit: restituet dampnum domino. Si comestum a bestia; proferat ad eum quod occisum est: et non restituet. Qui a proximo suo quicquam horum mutuam postulauerit. et debilitatum aut mortuum fuerit domino non presente: reddere compelletur. Quod si in presentia fuerit dominus; non restituet: maxime si conductum uenerat. pro mercede operis sui. Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam. dormieritque cum ea; dormabit eam: et habebit eam uxorem. Si pater uirginis dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modum dotis. quam uirgines accipere consueuerunt. Maleficos non pacieris uiuere. Qui coierit cum uiuimento: morte moriatur. Qui inmolat dijs occidetur: preter domino soli. Aduenam non contristabis: neque affliges eum. Aduene enim et ipsi fuistis in terra egypti. Vidue et pupillo non nocebitis. Si leseritis eos. uociferabuntur ad me. et ego audiam clamorem eorum; et indignabitur furor meus. percitiamque uos gladio: et erunt uxores uite uidue. et filij uiri pupilli. Si pecuniam mutuam

dederis populo meo pauperi. qui habitat tecum; non urgebis eum quasi exactor: nec usuris opprimes. Si pignus a proximo tuo acceperis uestimentum. ante solis occasum reddes ei. Ipse enim est solum quo operitur indumentum carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me. exaudiam eum: quia misericors sum. Dijs non detrahes: et principi populi tui non maledices. Decimas tuas et primitiuas: non tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorum: dabis michi. De bobus quoque et ouibus: similiter facies. Septem diebus sic cum matre sua: die octaua reddes illum michi. Viri sancti eritis mihi. Carne que a bestijs fuerit gustata. non comedetis: sed proicietis canibus.

Non suscipies uocem mendacium. Hec unges manum tuam: ut pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam: ad faciendum malum. Hec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae: ut a uero deues. Pauperis quoque miseraberis in negotio. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti: reduc eum. Si uideris asinum odientis te iacere sub onere; non pertransibis: sed subleuabis cum eo. Non declinabis: in iudicio pauperis. Mendacium fugies. In fontem et iustum non occides: quia auctor impij. Ne accipias munera; quia etiam execrant prudentes: et subuertunt uerba iustorum. Peregrino molestus

eos de conspectu uro. Non inibis cu
eis fedus: nec cu dijs eoru. Non
habitent in terra tua: ne forte pec
care te faciant in me. si serueris
dys eoz: quod tibi certe erit in
scandalum. **XIII**

Moyfi quoq; dixit. Ascende ad
dnm tu et aaron. nadab et abiu.
et septuaginta senes ex israel: et
adorabis procul. Solusq; moy
ses ascendat ad dnm: et illi non
appropinquabunt: nec popls ascen
det cum eo. Venit ergo moyses:
et narrauit plebi omnia uba dñi
atq; iudicia. Responditq; cuctus
popls: una uoce. Omnia uba dñi
que locutus est: faciemus. Scrip
sit autē moyses uniuersos sermones
dñi. Et mane confurgens edifica
uit altare ad radices mōris: et duo
decim titulos. p duodecim tribus
isrl. Misit q; iuuenes de filijs isrl:
et obtulerunt holocausta. imola
uerunt q; uictimas pacificas dño.
uitulos duodecim Tulit itaq; moy
ses dimidiam partem sanguinis:
et misit in crateras. Partem autē
residuam: fudit sup altare. Allu
mens q; uolumen federis: legit au
diente poplo. Qui dixerūt. Omnia
que locutus est dñs faciemus: et
erimus obedientes. Ille uō sumptū
sanguinē respicit in poplm: et ait.
Hic est sanguis federis: quod pepi
git dñs uobiscū. sup cunctis sermo
nib; hys. Ascenderunt q; moyses et
aaron. nadab et abiu. et septuagi
ta de seniorib; isrl: et uiderūt deum

13

isrl. Sub pedib; eius. quasi opus
lapidis saphirini: et quasi celum
cū serenū est. Nec sup eos qui pro
cul recesserant de filijs isrl: misit
manū suam. Viderunt q; dñm: et
comederunt ac biberunt. Dixit
autē dñs ad moysen. Ascende ad
me in montē et esto ibi: daboq; ti
bi tabulas lapideas et legem ac
mandata que scripsi: ut doceas
filios isrl. Surrexerunt moyses et
iosue minister eius. Ascendensq;
moyses in montē dei: seniorib; ait.
Expectate hic: donec reuertamur
ad uos. Habetis aaron et hur uo
biscū: siquid natum fuit questio
nis. referetis ad eos. Cūq; ascen
disset moyses. operuit nubes mon
tem: et habitauit glā dñi super
synai. tegens illum nube sex dieb;.
Septimo autē die: uocauit eum
de medio caliginis. Erat autē spe
cies glorie dñi. quasi ignis ardens
sup uertice montis: in conspectu
filioz isrl. Ingressus q; moyses me
diū nebule: ascendit in montē. Et
fuit ibi quadraginta dieb;: et qua
draginta noctib;. **XV**

Locutus q; est dñs ad moysen.
dicens. Loquere filijs israel:
ut tollant michi pmitias. Ab om
ni homine qui offert ultroneus:
accipietis eas. Hec sūt autē: que
accipe debetis. Aurum et argentū
et es. iacinctū et purpurā. coctūq;
bis tinctū et bissum; pilos caprar.
et pelles arietū rubricatas. pelles
q; iacinctinas. et ligna sethim. et

oleum ad luminaria cōcinnanda aromata in unguentū. ⁊ thymā mata boni odoris. lapides onichinos. et gēmas ad ornandū ephorac rationale. **F**acient q; in scūarium; et habitabo ī medio eorū: iuxta omnē similitudinē tabernaculi qd' ostendam tibi. et omnium uasorū in cultū eius. **S**icq; facies illud. **A**rcham de lignis sechim compingite; cuius longitudo habeat duos et semis cubitos. latitudo cubitū et dimidiū. altitudo similiter cubitū ac semissem. **E**t deaurabis eam auro mundissimo. intus et foris. **F**acies q; supra. coronā auream p̄ circuitū. et quatuor circulos aureos. quos pones p̄ quatuor arche angulos. **D**uo circuli sint in latere uno: et duo in altero. **F**acies quoq; uectes de lignis sechim. et operies eos auro: induces q; per circulos qui sunt in arche laterib; ut portetur in eis. **Q**ui semp̄ erunt in circulis: nec unquā extrahentur ab eis. **P**ones q; in archam. testificationē quā dabo tibi. **F**acies et propiciatorū: de auro mundissimo. **D**uos cubitos et dimidiū tenebit longitudo ei: semissem et cubitū latitudo. **D**uos quoq; cherubin aureos et productiles facies: ex utraq; parte oraculi. **C**herub unus sit in latere uno: et alter in altero. **U**trūq; latus propiciatorū tegant: expandentes alas. et operientes oraculum.

Respiciant q; se mutuo uis uultib; in propiciatorū. quo operienda est archa: in qua pones testimonū quod dabo tibi. **J**ude p̄cipiam et loquar ad te. supra propiciatorū scilicet ac de medio duorum cherubin. qui erunt sup archam testimonū: cuncta que mandabo p̄ te filiis isrl'. **F**acies et mensā de lignis sechim. habentē duos cubitos longitudinis; et in latitudine cubitū. et in altitudine cubitū ac semissem: et mau. **r**abis eam auro purissimo. **f**aci. **e**s q; illi labium aureū p̄ circuitū; et ipsi labio coronā interrasilem. altam quatuor digitis: et sup illam. alteram coronam aureolam. **Q**uatuor quoq; circulos aureos p̄parabis: et pones eos in quatuor angulis eiusdem mensē. p̄ singulos pedes. **S**ubter coronā erunt circuli aurei: ut intrantur uectes p̄ eos. et possit mensa portari. **P**os q; uectes facies de lignis sechim: ⁊ circuitabis auro. ad subuehendā mensā. **P**arabis et acetabula ac phialas. thuribula. et ciathos ā quib; offerenda sunt libamina: ex auro purissimo. **E**t pones sup mensam panes propositionis: in conspū meo semp̄. **F**acies et candelabrū ductile de auro mundissimo: hastile ei⁹ et calamos. ciphos et sperulas. ac lilia ex ipso procedentia. **S**ex calami egredientur de laterib;: tres ex uno latere. et tres ex altero. **T**res cipi quasi in nucis modū p̄ cala-

mos singulos: speruleq; simul et
 lilii. Et tres similiter cypri instar
 nucis in calamo altero: speruleq;
 et lilii. Hoc erit opus sex calamoꝝ:
 qui producendi sunt de hastili. In
 ipso autē candelabro erunt quatuor
 cypri in nucis modū: speruleq; per
 singulos et lilia. Et sperula sub
 duob; calamus p̄ tria loca: q̄ simul
 sex fiunt procedentes de hastili uno.
 Et sperule igitur et calami ex ipso
 erunt: uniuersa ductilia: de auro
 purissimo. Facies et lucernas sep-
 tem; et pones eas sup candelabrū:
 ut luceant ex adūso. Emunctoria
 quocq; et ubi ea que emuncta sunt
 extinguantur: fiant de auro puris-
 simo. Omne pondus candelabru cū
 uniuersis uasis suis: habebit talentū
 auri mundissimi. Inspice: et fac.
 scdm exemplar quod tibi i monte
 monstratū est. **XVI**

Tabernaculū uero ita fiet. Decē
 cortinas de bisso retorta: et ia-
 cincto ac purpura coccoq; bis tinc-
 to: uariatas opere plumario facies.
 Longitudo cortine unius habebit
 uiginti octo cubitos: latitudo qua-
 tuor cubitoꝝ erit. Unius mensure
 fient uniuersa tentoria. Quinq; cor-
 tine sibi iungentur mutuo: et alie
 quinq; nexu simili coherebūt. An-
 sulas iacinctinas in lateribus ac
 sūmitatib; facies cortinarum: ut
 possint inuicē copulari. Quingē-
 nas ansulas cortina habebit: in
 utraq; parte ita insertas: ut ansa
 contra ansam ueniat: et altera

alteri possit aptari. Facies et quin-
 quaginta circulos aureos; quib;
 cortinarū uela iungenda sunt: ut
 unū tabernaculū fiat. Facies ⁊ sa-
 ga ciliuina undecim: ad operiendū
 tectum tabernaculi. Longitudo
 sagi unius habebit triginta cubi-
 tos: et latitudo quatuor. Equa erit
 mensura sagor omnium. Equib; qn-
 q; iunges seorsum: et sex sibi mu-
 tuo copulabis: ita ut sextum sagū
 in fronte tecti duplices. Facies et
 quinquaginta ansas in ora sagi
 unius: ut conuungi cū altero q̄at;
 et quinquaginta ansas in ora sagi
 alterius: ut cū altero copuletur:
 quinquaginta fibulas eneas qbz
 iungantur anse: ut unū ex omnib;
 operimentū fiat. Quod autē sup
 fuerit in sagis que parantur recto
 idest unū sagū quod amplius ē:
 ex medietate eius operies postiora
 tabernaculi: et cubitus ex una par-
 te pendebit: ⁊ alter ex altera: qui
 plus est in sagor longitudine: u-
 trumq; latus tabernaculi pregens.
 Facies et operimentū aliud recto:
 de pellib; arctum rubricatis: et
 sup hoc rursum aliud operimentū
 de iacinctinis pellib;. Facies et ta-
 bulas stantes tabernaculi de lig-
 nis sethim: que singule denos cu-
 bicos in longitudine habeant: et
 in latitudine singulos ac semisse.
 In laterib; tabule due in castratu-
 re fiant: quib; tabula alteri tabu-
 le connectatur. Atq; in hūc modū
 cuncte tabule parabuntur. Quaz

vinginti erunt in latere meridiano: quod uergit ad austrum. Quibus quadraginta bases argenteas fundes: ut binae bases singulis tabulis per duos angulos subiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi quod uergit ad aquilonem uinginti tabule erunt: quadraginta habentes bases argenteas. Binae bases: singulis tabulis supponentur. Ad occidentalem uero plagam tabernaculi facies sex tabulas: et rursus alias duas. que in angulis erigantur. post tergum tabernaculi. Erunt quoque conuincte a deorsum usque sursum: et una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis que in angulis ponende sunt: similis uinctura seruabit. Et erunt simul tabule octo. base earum argentee sedecim: duabus basibus per unam tabulam supputatis. Facies et uectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi. et quinque alios in altero: et eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mittentur per medias tabulas. a summo usque ad summum. In primis quoque tabulas de aurabis. et fundes in eis anulos aureos. per quos uectes tabulata continentur: quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum: iuxta exemplum quod tibi in monte monstratum est. Facies et uelum de iacincto et purpura. coccoque bis tincto et bisso rectora. opere plumario et pulchra uarietate contextum;

quod appendes ante quatuor columnas de lignis sethim: que ipse quidem de aurate erunt. et habebunt capita aurea. sed bases argenteas. Insetur autem uelum per circulos. intra quod pones archam testimonij: et quo sanctuarium et sanctuarij sanctuarium diuidentur. Pones et propiciatorium super archam testimonij in sancta sanctorum. mensamque extra uelum: et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit: in parte aquilonis. Facies et tentorium in introitu tabernaculi. de iacincto et purpura. coccoque bis tincto et bisso rectora: opere plumario. Et quinque columnas de aurabis lignorum sethim. ante quas duceatur tentorium: quarum erunt capita aurea. et bases eneae. **XVII**

Facies et altare de lignis sethim: quod habebit quinque cubitos in longitudine. et totidem in latitudine id est quadratum. et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: et operies illud ere. Facies quoque in usus eius lebetas ad suscipiendos cineres: et forcipes atque fuscimulas et ignium receptacula. Omnia uasa que erigere fabricabis. Craticulamque in modum retis eneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli eneae: quos pones super aridam altaris. Erigetur quoque craticula: usque ad altaris medium. Facies et uectes altaris de lignis sethim duos: quos operies laminis eneis. et induces

p circulos: erunt q; in utroq; latere
 altaris ad portandū. Non solidū
 sed mane et concavū intrinsecus.
 facies illud: sicut tibi in mōte mō
 stratū est. Facies et atrium taber
 naculi: in cuius plaga australi cō
 tra meridiem erunt tentoria de bisso
 retorta. Centū cubitos unū latus
 tenebit in longitudine: et colūpnas
 uiginti cū basib; totidem eneis: q̄
 capita cū celaturis suis habebunt
 argentea. Similiter in latere aqu
 lonis plongū. erunt tentoria cen
 tum cubitoꝝ; columpne uiginti et
 bases enee eiusdem numeri: et ca
 pita eay cū celaturis suis argētea.
In latitudine uō atrij qd̄ respicit
 ad occidentē: erunt tentoria p̄ q̄n
 quaginta cubitos. et columpne de
 cem. bases q; totidem. **I**n ea quoq;
 atrij latitudine que respicit ad o
 rientem: q̄nquaginta cubiti erūt.
In quib; quindecim cubitoꝝ; tento
 ria lateri uno deputabuntur: co
 lumpneq; tres. et bases totidem.
Et in latere altero erunt tentoria.
 cubitos obrinentia quiddecim: co
 lumpnas tres et bases totidem. **I**n
 introitu uō atrij fiet tentoriū cu
 bitoꝝ; uiginti: ex iacincto ⁊ purpu
 ra. cocco q; bis tincto et bisso re
 torta. opere plumario. Colūpnas ha
 bebūt quatuor: cū basib; totidem.
Omnēs columpne atrij p̄ circūcū.
 uestite erunt argenti laminis: ca
 pitib; argenteis. et basib; eneis.
In longitudine occupabit atrium
 cubitos centū: in latitudine quin

quaginta. Altitudo: q̄nq; cubitoꝝ;
 erit. Fiet q; de bisso retorta: et ha
 bebit bases eneeas. Cuncta uasa ta
 bernaculi in om̄s usus et cerimo
 nias. tam parillos eius qm̄ atrij:
 ex ere facies. **P**recipe filijs isrl̄ ut
 afferant tibi oleum de arborib; oli
 uarū purissimū. piloq; concūsum:
 ut ardeat lucerna semp in taber
 naculo testimonij. extra uelū qd̄
 oppansum ē testimonio. **E**t colloca
 bunt eam aaron et filij eius: ut
 usq; mane luceat coram dño. **P**er
 petuus erit cultus p̄ successores
 eoz: a filijs israel. **XVII**

Applica quoq; ad te aaron fra
 trem tuū cum filijs suis de
 medio filioꝝ; isrl̄. ut sacerdotio fū
 gantur michi. aaron. nadab. et
 abiu. eleazar. et ythamar. Facies
 q; uestem scām aaron fratri tuo:
 in glām et decorem. **E**t loqueris
 cunctis sapientib; corde quos re
 pleui spū prudentie. ut faciant
 uestes aaron: in quib; sanctifica
 tus. ministret michi. **H**ec autem
 uestimenta erunt: que facient.
 Rationale. ⁊ suphumerale. tuni
 cam et lineam strictam. cydarim
 et bältheum facient; uestimēta
 sancta aaron fratri tuo et filijs
 eius: ut sacerdotio fungātur m̄.
Accipient q; aurum. et iacinctū.
 et purpurā: coccū q; bis tinctū. ⁊
 bissum. **F**acient autē suphume
 rale de auro et iacincto ac purpu
 ra coccoq; bis tincto. et bisso re
 torta: opere polimito. **D**uas

oras unctas habebit i utroq; la-
tere summatum: ut in unū rede-
ant. Ipsa q; textura. et cuncta ope-
ris uarietas: erit ex auro et ia-
cincto ac purpura. coccoq; bis tin-
cto. et bisso retorta. Sumes q; du-
os lapides onichinos; et sculpes i
eis nomina filioꝝ isrl. Sex nomi-
na in lapide uno. et sex reliqua
in altero: iuxta ordinem natui-
tatis eoz. Opere sculptoris. et ce-
latura gemarū. sculpes eos no-
minib; filioꝝ isrl. inclusos auro
atq; circūdatos: et pones i utroq;
latere suphumeralis. memoriale
filij israel. Portabit q; aaron
nomina eoz coram dño. sup utrū-
q; humerū. ob recordationē. Fa-
cies et uncinos ex auro; et duas
catenulas auri purissimi. sibi
inuiçē coherentes: quas inseres
uncinis. Rationale quoq; iudi-
cij facies opere polimito. iuxta
texturā suphumeralis: ex auro.
iacincto. et purpura. coccoq; bis
tincto. et bisso retorta. Quadran-
gulu erit et duplex. Mensuram
palmi: habebit tam in longitu-
dine quam latitudine. Pones q; q;
in eo: quatuor ordines lapidum.
In pmo uersu: erit lapis sardius.
et topazius. et smaragdus. In se-
cundo: carbunculus. saphirus. et
iaspis. In tercio: ligurius. achā-
tes. et amethystus. In quarto: cri-
solitus. onichinus. et berillus. In-
clusi auro erunt p ordines suos:
habebūt quoq; nomina filioꝝ isrl.

Duodecim nōib; celabuntur; sin-
guli lapides nominib; singuloꝝ:
p duodecim tribus. Facies in ratio-
nali catenas sibi inuicem cohe-
rentes ex auro purissimo: et duos
anulos aureos. quos pones i utra-
q; rationalis sumitate. Cathe-
nas q; aureas unges anulis q;
sunt in marginib; eius: et ipsaz
catenaz extrema. duob; copu-
labis uncinis. i utroq; latere sup-
humeralis qd rationale respicit.
Facies et duos anulos aureos:
quos pones in summatib; ratio-
nalis. et in oris que e regione sūt
suphumeralis. et posteriora eius
aspiciunt. Nec non et alios duos
anulos aureos qui ponendi sunt
in utroq; latere suphumeralis de-
orsum. qd respicit contra faciem
iuncture inferioris: ut aptari pos-
sit cū suphumerali. et stringatur
rationale anulis suis cum anulis
suphumeralis iuxta iacinctina.
ut maneat iunctura fabrefacta:
et a se inuicē rationale et suphu-
merale nequeant separari. Porta-
bit q; aaron nomina filioꝝ isrl. in
rationali iudicij sup pectus suū.
quando ingredietur sanctuariū:
memoriale coram dño in eternū.
Pones autē in rationali iudicij
doctrinā et ueritatē. que erunt i
pectore aaron qñdo ingredietur
coram dño. et gestabit iudiciū fi-
lioꝝ isrl in pectore suo in conspēu
dñi semp. Facies et tunicam sup-
humeralis totā iacinctinā; in cui

medio supra. erit capicū. et ora p
 girum eius textilis. sicut fieri solet
 in extremis uestiū partib; ne fa
 cile rūpatur. Deorsum uō ad pedes
 eiusdem tunice p circuitum. quasi
 mala punica facies ex iacincto et
 purpura et cocco bis tincto. mixta
 in medio tintinnabilis; ita ut
 tintinnabilū sit aureum ⁊ malū
 punicū. rursūq; tintinnabilū ali
 uō aureū. et malū punicū. Et uesti
 etur ea aaron in officio ministerij;
 ut audiatur sonitus qñdo ingre
 ditur et egreditur sanctuariū in
 conspectu dñi. et nō moriatur. **Fa**
 cies et lamina de auro purissimo:
 in qua sculpes opere celatoris. scñ
 dño. Ligabis q; eam uitra iacinctu
 na: et erit sup thyāram. iminens
 fronti pontificis. Portabit q; aarō
 iniquitates eorū. que obtrulerint et
 sanctificauerint filij isrl: in cūctis
 munerib; et donarijs suis. Erat autē
 lamina semp in fronte eius: ut pla
 catus sit ei dñs. **Stringes** q; tunica
 billo: et thyāram bislinā. **Facies** et
 baltheum opere plumarij. Porro fi
 lijs aaron tunicas lineas parabis.
 et baltheos ac thyāras: in glam ⁊
 decorem. **Besties** q; hys omib; aaron
 frēm tuū: et filios eius cū eo. **Et**
 cūctoz consecrabis manus; scifi
 cabis q; illos: ut sacerdotio fungā
 tur michi. **Facies** et feminalia li
 nea ut operiant carnē turpitudinē
 sue a renib; usq; ad femora; ⁊ uten
 tur eis aaron et filij eius quando
 ingredientur tabernaculum testi

monij. uel qñdo appropinquāt ad
 altare ut ministrent in scūario:
 ne iniquitatis rei moriantur. **Legi**
 timū sempiternū erit aaron: et se
 mini eius post eum. **XLIX**
Sed et hoc facies: ut michi in
 sacerdotio consecrentur. **Tolle**
 utulū de armento. et arietes duos
 imaculatos; panes q; azimos. ⁊ cru
 stulam absq; fermento. que conspla
 sunt oleo: lagana quoq; azima oleo
 lita. **De simila** triticea cūcta faci
 es: et posita in canistro offeres. **Si**
 tulū autē ⁊ duos arietes. et aaron
 ac filios eius: applicabis ad ostiū
 tabernaculi testimonij. **Cūq;** laue
 ris patre cū filijs suis aqua: indues
 aaron uestimentijs suis idest linea
 et tunica. et sup humerali et ratio
 nali. qd; constringes baltheo. **Et**
 pones thyāram in capite eius. et la
 minā sanctā sup thyāram: et oleū
 unctionis fundes sup caput eius:
 atq; hoc ritu consecrabitur. **Filios**
 quoq; illius applicabis. et indues
 tunicis lineis. cinges q; baltheo; aa
 ron scilicet ⁊ liberos eius. **Et impo**
 nes eis mitras. erunt q; sacerdotes
 mei: religione ppetua. **Postquam**
 intiaueris manus eorū. applicabis
 et utulū coram tabernaculo testi
 monij. **Imponent** q; aaron et filij
 eius manus sup caput ei: et mac
 tabis eū in conspectu dñi. iuxta
 ostium tabernaculi testimonij.
Sumptū q; de sanguine utuli. po
 nes sup cornua altaris digito tuo:
 reliquū autē sanguinem. fundes

iuxta basim eius. Sumes et adipem totū qui operit intestina. et reticulū iecoris ac duos renes. et adipem qui sup eos est: et offeres incensum sup altare. Carnes uero uituli et corium et simū cōbures foris extra castra: eo quod pro peccato sit. Vnū quoq; arietem sumes: sup cuius caput ponent aaron et filij eius manus. Quē cū mactaueris: tolles de sanguine eius. et fundes circa altare. Ip̄m autē arietem: secabis ī frustra. Lota q; intestina eius ac pedes. pones sup concisas carnes. et sup caput illius: et offeres totum arietem ī incensū sup altare. Oblatio est dño: odor suauissimus uictime dñi. Tolles quoq; arietem alterū: sup cuius caput aaron et filij eius ponēt manus. Quē cum imolaueris. sumes de sanguine ip̄ius: et pones sup extremū dextre auricule aaron et filioꝝ eius. et sup pollices manuꝝ eoz et pedis dextri: fundes q; sanguinē sup altare p̄ circuitū. Cumq; tuleris de sanguine qui est sup altare. et de oleo unctionis: aspyges aaron et uestes eius. filios. et uestimenta eoz. Consecratis q; et ip̄is et uestib; tolles adipem de ariete. et caudam et aruinā que operit uitalia. ac reticulum iecoris. et duos renes atq; adipem qui sup eos est. armū q; dextrū. eo quod sit aries consecrationis: tortam panis unius.

crustulā consp̄sam oleo: laganiū de canistro azimoz. qđ positū est in conspectu dñi. Pones q; omnia sup manus aaron et filioꝝ eius: et sanctificabis eos. eleuans coram dño. Suscipies q; unūsa de manibus eoz; et incendes sup altare in holocaustū odorem suauissimū in conspectu dñi: quia oblatio eius est. Sumes quoq; pectusculū de ariete quo iniciatus est aaron. sanctificabis q; illud eleuatū coram dño: et cedit in partem tuā. Sanctificabis q; pectusculū consecratum. et armū quē de ariete separasti. quo iniciatus est aaron et filij eius: cedent q; in partem aaron et filioꝝ eius iure perpetuo. a filiis israel: quia p̄mitiua sunt et inicia de uictimis eoz pacificis. que offerunt dño. Vestem autē scām qua utitur aaron. habebūt filij eius post eum: ut ungantur in ea. et cōsecrentur manus eoz. Septē dieb; utetur illa qui pontifex pro illo fuerit constitutus de filiis eius: et qui ingredietur tabernaculū testimonij. ut ministret sanctuario. Arietem autē consecrationis tolles: et coques carnes eius in loco sancto: quib; uestetur aaron et filij eius. Panes quoq; qui sunt in canistro. in uestibulo tabernaculi testimonij comedent: ut sit placabile sacrificiū: et sanctificentur offerentiū manus. Alienigena nō uestetur ex eis: q̄a scā sunt. Qđ si remanserit de carnib;

consecratis siue de panibus usque ma-
ne: combures reliquias igni. Non
comedentur: quia sanctificata sunt.
Omnia que precepi tibi facies: super
aaron et filios eius. Septem diebus
consecrabis manus eorum: et utculum pro
peccato offeres pro singulis diebus ad
expiandum. Mundaabis quoque altare cum
immolaueris expiationis hostiam:
et unges illud in sanctificatione. Sep-
tem diebus expiabis altare et sanctifi-
cabis: et erit sanctum sanctorum. Omnis
qui tetigerit illud: sanctificabitur.
Hoc est quod facies in altari. Agnos
agniculos duos. pro singulis diebus
iugiter: unum agnum mane: et alte-
rum uespere. Decimam partem simile
confuse oleo tincto. quod habeat
mensuram quartam partem hynt: et
unum ad libandum eiusdem mensure
in agno uno. Alterum uero agnum offe-
res ad uespem. iuxta ritum ma-
tutine oblationis. et iuxta ea que
diximus in odorem suauitatis: sa-
crificium domino oblatione perpetua in
generationes ueras. ad ostium taber-
naculi testimonij coram domino: ubi
constituam ut loquar ad te. Ibi quoque
precipiam filiis israel: et sanctificabitur
altare in gloria mea. Sanctificabo
et tabernaculum testimonij cum
altari. et aaron cum filiis eius:
ut sacerdotio fungantur michi.
Et habitabo in medio filiorum israel.
Ero quoque eis deus: et scient quia ego
dominus deus eorum. qui eduxi e-
os de terra egypti: ut manerem
inter illos. ego dominus deus eorum.

Facies quoque altare
ad adolendum thymiama de
lignis sethim. habens cubitum lon-
gitudinis. et alterum latitudinis.
id est quadrangulum: et duos cubi-
tos in altitudine. Cornua ex ipso
procedunt. Vestes quoque illud auro
purissimo: tam craticulam eius
quam parietes pro circuitu eius. et cor-
nua. Facies quoque ei coronam aureolam
pro girum: et duos anulos aureos
sub corona pro singula latera. ut mit-
tantur in eos uectes: et altare por-
tetur. Ipsi quoque uectes facies de
lignis sethim: et inaurabis. Po-
nes quoque altare contra uelum. quod
ante archam pendet testimonij
coram propitiatorio. quod regitur
testimonium: ubi loquar tibi. Et
adolebit incensum super eo aaron
suauiter fragrans. Mane quando co-
pones lucernas incendet illud: et
quando collocat eas ad uesperum.
uret thymiama sempiternum. coram
domino in generationes ueras. Non
offeretis super eo thymiama com-
positionis alterius. nec oblationem
et uictimam: nec liba libabitis. Et
deprecabitur aaron super cornua eius
semel pro anno in sanguine quod ob-
latum est pro peccato: et placabitur
super eo in generationibus ueris.
Sanctum sanctorum erit domino. Locutus
quoque est dominus ad moysen dicens. Quando
tuleris summam filiorum israel: iuxta
numerum dabunt singuli precium
pro animalibus suis domino: et non erit
plaga in eis cum fuerit recensita.

Hoc autē dabit omnis: qui tñsit ad nomen. Dimidiū sicti: iuxta mensurā templi. Sictus: uiginti habet obolos. Media pars sicti: offeretur dño. Qui habetur in numero a uiginti annis et sup: dabit precū. Diues non addet ad mediū sicti: et paup nich̄ minuet. Susceptāq; pecuniā que collata est a filijs isrl: trades in usus tabernaculi testimonij: ut sit monumentū eorū coram dño. et propicietur animab; eorū. Locut⁹ q; est dñs ad moysen: dicens. Facies et labiū eneam cū basi sua ad lauandū: pones q; illud int̄ tabernaculū testimonij ⁊ altare. Et missa aqua lauabunt in eo aaron et filij eius manus suas ac pedes. quando ingressuri sunt tabernaculū testimonij: et qñdo accessuri ad altare ut offerant i eo thymiamā dño: ne forte mouantur. Legitimū sempiternū erit ipsi: et semini eius p̄ successiones. Locutus q; est dñs ad moysen: dicens. Sume tibi aromata. prime mirre et electe quingentos siclos. et cinnamomi mediū id est ducentos qñquaginta siclos. calami similiter ducentos qñquaginta; cassie quoq; qñgentos siclos in pondere sanctuarij: olei de oliuetis mensurā hyn. facies q; unctionis oleū sc̄m unguentū: compositū opere unguentarij. Et unges ex eo tabernaculū testimonij et archam testam̄ti. mēsamq;

cū uasis suis. candelabrū et utensilia eius; altaria thymiamatis et holocausti: et uniuersam suppellectilem que ad cultum eorū pertinet. Sanctificabis q; omnia: et erunt sancta sanctorū. Qui tetigerit ea: sc̄ficabitur. Aaron et filios eius unges: sc̄ficabis q; eos ut sacerdotio fungantur in. Filij quoq; isrl dices. Hoc oleū unctionis sanctū erit michi: in generationes ur̄as. Caro hominis non ungetur ex eo: et iuxta compositionem eius. nō faciens aliud: quia sanctificatū est. ⁊ sc̄m uobis erit. Homo quicūq; tale composuerit. et dederit ex eo alieno: exterminabitur de pp̄o suo. Dixit q; dñs ad moysen. Sume tibi aromata stacten. ⁊ onicham. et galbanū boni odoris. et thus lucidissimū. Quales ponderis: erunt omnia. Facies q; thymiamā compositū ope unguentarij. mixtū diligent. et purum: et sanctificatione dignissimū. Cumq; i tenuissimū puluerem uniuersa contideris; pones ex eo coram testimonio tabernaculi: in quo loco apparebo tibi. Sc̄m sanctorū erit uobis thymiamā. Talem compositionē nō facietis in usus ur̄os: quia sc̄m est dño. Homo quicūq; fecerit simile. ut odore illius p̄fruat: peribit de poplis suis.

Locutus q; est dñs ad moysen: dicens. Ecce uocaui ex

nomine beseleel. filium huius filij huius
 de tribu iuda: et implevit eum spiritu
 dei. sapientia et intelligentia et sci-
 entia. in omni opere ad excogitan-
 dum fabre quicquid fieri potest
 ex auro et argento et ere. marmo-
 re et gemis. et diversitate lignorum.
 Deditque ei socium. ooliab. filium
 achisamech de tribu dan. et in cor-
 de hominis eruditi posuit sapien-
 tiam. ut faciant cuncta que prece-
 pi tibi: tabernaculum federis. et ar-
 cham testimonij. et propitiatorium
 quod super eam est. et cuncta uasa ta-
 bernaculi. mensamque et uasa eius.
 candelabrum purissimum cum uasis
 suis. et altaria thymiamatis et ho-
 locausta. et omnia uasa eorum. labium
 cum basi sua. uestes sanctas in ministe-
 rio aaron sacerdoti et filijs eius:
 ut fungantur officio suo in sacris:
 oleum unctionis. et thymiamata aro-
 matum in sanctuario. Omnia que prece-
 pi tibi: facient. Et locutus est do-
 minus ad moysen: dicens. Loquere
 filijs israel: et dices ad eos. Videte
 ut sabbatum meum custodiatis: quia
 signum est inter me et uos in genera-
 tionibus uestris: ut sciatis quia ego
 dominus qui sanctifico uos. Custodite
 sabbatum meum: sanctum enim est uo-
 bis. Qui polluerit illud: morte
 monetur. Qui fecerit in illo opus:
 peribit anima illius de medio populi
 sui. Sex diebus facietis opus. In
 die septimo: sabbatum est requies
 sancta domino. Omnis qui fecerit o-
 pus in hac die: morietur. Custodi-

diant filij israel sabbatum: et celebrent
 illud in generationibus suis. Factum
 est sempiternum inter me et filios israel:
 signumque perpetuum. Sex enim diebus
 dominus fecit celum et terram: et in
 septimo ab opere cessauit. Dedit
 quoque moysi completis huiusmodi
 sermonibus in monte synai duas ta-
 bulas testimonij lapideas: scriptas
 digito dei.

Uidens autem populus quod moram
 faceret descendendi de monte
 moyses: congregatus aduersus aa-
 ron ait. Surgens. fac nobis deos:
 qui nos precedant. Non enim hunc
 uiro qui nos eduxit de terra egypti:
 ignoramus quid acciderit. Dixit
 quoque ad eos aaron. Tollite aureas
 aureas de uxoribus filiorumque et filiarum
 uestrarum auribus: et afferte ad me. Fe-
 cit populus que iusserat: deferens
 in aures ad aaron. Quas cum ille
 accepisset: formauit opere fusio-
 rio: et fecit ex eis uitulum con-
 flabilem. Dixerunt quoque. Hi sunt di-
 tu israel: qui te eduxerunt de terra
 egypti. Quod cum uidisset aaron:
 edificauit altare coram eo: et pro-
 conis uoce clamauit dicens. Cras
 sollempnitas domini est. Surgentesque
 mane: obtulerunt holocausta et
 hostias pacificas. Et seduit populus
 comedere et bibere: et surrexerunt
 ludere. Locutus est autem dominus ad
 moysen. Vade. descende: peccauit
 populus tuus quem eduxisti de terra
 egypti. Recesserunt cito: de uia
 quam ostendisti eis. Feceruntque sibi

uitulū conflabilem. et adoraueſt:
atq; imolantes ei hostias. dixe-
runt. Isti sunt dy tui isrl: qui te
eduxerunt de terra egypti. Cur
sumq; ait dñs ad moysen. Terno.
qđ popl's iste dure ceruicis sit.
Dimitte me ut irascatur furor
meus contra eos. et deleam eos:
faciam q; te in gentem magnā.
Moyses autē orabat dñm deum
suum: dicens. Cur dñe irascatur
furor tuus contra popl'm tuū;
quē eduxisti de terra egypti. ī for-
titudine magna et in manu ro-
busta. Ne queso dicant egyptij.
callide eduxit eos: ut interficeret
in montib; et deleter e tra. Quies-
cat ira tua: et esto placabilis su-
per nequitia popli tui. Recordā-
te abraham ysaac et isrl seruoꝝ
tuoz: quib; iurasti p̄ remetiꝝm
dicens. Multiplicabo sem̄ ur̄m
sicut stellas celi: et uniuersam ter-
ram hanc de qua locutus sū. da-
bo semini uſo: et possidebitis eā
semp. Placatus q; est dñs: ne fa-
ceret malū quod locutus fuerat
adūsus populū suū. Et reuſus ē
moyses de monte: portans duas
tabulas testimonij in manu. sc̄p-
tas ex utraq; parte. ⁊ factas ope-
dñi. Scriptura quoq; dei: erat
sc̄ulpta in tabulis. Audiens aū
iosue tumultū popli uociferātis:
ait ad moysen. Ululatus pugne
auditur in castris. Cui respon-
dit. Non est clamor adhortanti-
um ad pugnā: neq; uociferatio

compellentū ad fugā: sed uocem
cantantū ego audio. Cūq; appo-
pinquasset ad castra: uidit uitu-
lum et choros. fratus q; ualde. pro-
iecit de manu tabulas: et confre-
git eas ad radices montis. Acci-
piens q; uitulū quē fecerāt: com-
bussit. et contriuit usq; ad pulue-
rem. Quē sparsit in aqua: et de-
dit ex ea potum filijs isrl. Dixit
q; ad aaron. Quid tibi fecit hic
popl's; ut induceres sup eū. pecca-
tū maximū. Cui ille respondit.
Ne indignetur dñs nſ. Tu enī
nosti popl'm istum: qđ pronus sit
ad malū. Dixerunt nich. Fac
nobis deos: qui p̄cedant nos. Huc
enī moysi qui eduxit nos de tra
egypti: nescimus quid acciderit.
Quib; ego dixi. Quis ur̄m ha-
bet aurum. Tulerūt et dederūt
michi: et proieci illud in ignem.
egressus q; est hic uitulus. Vidēs
ergo moyses popl'm qđ ēēt nuda-
tus; spoliauerat enī eum aaron
propter ignominia sordis. et int̄
hostes nudū constituerat: ⁊ stans
in porta castror; ait. Siquis est
dñi: iungatur michi. Congrega-
ti q; sunt ad eū: omnes filij leui.
Quib; ait. Hec dicit dñs dſ isrl.
Ponat uir gladiū sup femur su-
um. Ite ⁊ redite de porta usq; ad
portam p̄ mediu castror;: et occi-
dat unusquisq; fr̄em et amicu ⁊
proximū suū. Fecerunt filij leui
uxtra sermone moysi. Ceterūt
q; in illo die: quali uiginti tria

milia hominū. Et ait moyses. Consecrasti manus uas hodie dño. unusquisq; in filio et in fratre suo ut datur uobis benedictio. Facto autē die altero: locutus est moyses ad poplū. Peccastis peccatū maximū. Ascendam ad dñm: si quo modo eū quiuero deprecari pro scelere uro. Reuersus q; ad dñm: ait. Obsecro. peccauit popl's iste peccatū magnū: fecerunt q; sibi deos aureos. Aut dimitte eis hāc noxam: aut si non facis. dele me de libro tuo quē scripsisti. Cui respondit dñs. Qui peccauerit in: delebo eū de libro meo. Tu autē uade: et duc poplū istum quo locutus sum tibi. Angl's nīs pcedet te. Ego autē: in die ultionis uisitabo et hoc peccatū eorū. Percussio ergo dñs poplū: pro reatu uicili quem fecerat aaron.

XVII
Locutus q; est dñs ad moysen. Uade. ascende de loco isto tu et popl's tuus quē eduxisti de tra egypti: in terrā quā iuravi abrahā ysaac et iacob dicens. Semini tuo dabo eam. Et mittam pcursores tuos anglm; ut eiciam chanaanēū et amorreū. et etheū et pherezeū. et euēū et iebuseū. et intres in terrā fluentem lacte et melle. Non enī ascendā tecū. q̄a popl's dure ceruicis est: ne forte dispiciam te in uia. Audiens ppls sermonē hunc pessimū. luxit: et nullus ex more indutus ē cultu suo. Dixit q; dñs ad moysen. Loquere

79
filys isrl'. Popl's dure ceruicis es: semel ascendam ī medio tuo. et delebo te. Jam nūc depone ornatū tuū: ut sciam quid faciam tibi. Deposuerūt ergo filij isrl' ornatū suū: a monte oreb. Moyses quoq; tollēs tabernaculū: tetendit extra castra procul. uocauit q; nomē eius: tabernaculū federis. Et omnis ppls qui habebat aliquā questioē: egrediebatur ad tabernaculū federis extra castra. Cūq; egrediretur moyses ad tabernaculū: surgebat uniuersa plebs. et stabat unusq; in ostio papilionis sui. Aspicebant q; tergum moysi: donec ingrederetur tentoriū. Ingresso autē illo tabernaculū federis: descendebat columpna nubis. et stabat ad ostiū. Loquebatur q; cū moyse: cernentib; uniuersis qd' columpna nubis stare ad ostiū tabernaculi. Stabant q; ipsi: et adorabant p fores tabernaculorū suorū. Loquebatur autē dñs ad moysen facie ad faciem: sicut loqui solet homo ad amicum suū. Cūq; ille reuēteretur in castra: minister eius iosue filius nun puer nō recedebat de tabernaculo. Dixit autē moyses ad dñm. Precipis ut educam ppls istum. et nō indicas michi quē missurus sis meū: p̄sertim cum dixeris noui te ex nomine. et inuenisti grām coram me. Si ergo inueni gratiā in consp̄u tuo. ostende michi faciem tuā: ut sciam te. et inueniā grām ante oculos tuos.

os. Respice populum tuum: gentem hanc. Dixit quod dominus. Facies mea precedet te: et requiem dabo tibi. Et ait moyses. Si non tu ipse praecedes: ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego et populus tuus. inuenisse nos gratiam in conspectu tuo: nisi ambulaueris nobiscum: ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram. Dixit autem dominus ad moysen. Et uerbum istud quod locutus es faciam. Inuenisti enim gratiam coram me: et te ipsum noui ex nomine. Qui ait. Ostende michi gratiam tuam. Respondit. Ego ostendam omne bonum tibi: et uocabo in nomine domini coram te. Et miserebor cui uolueris: et clemens ero in quem michi placuerit. Rursumque ait. Non poteris uidere faciem meam. Homo enim uidebit me homo et uiuet. Et iterum. Ecce inquit est locus apud me: et stabis supra petram. Cumque transibit gloria mea: ponam te in foramine petre. et protegam dextera mea donec transeam. Tollamque manum meam: et uidebis postero ra mea: faciem autem meam. uidere non poteris. **XVII**

Ac deinceps. Praecepit autem tibi duas tabulas lapideas in stat prior: et scribe super eas uerba que habuerunt priores tabule quas fregisti. Esto patus mane. ut ascendas statim in montem synai: stabis quod mecum super uerticem montis. Nullus ascendat tecum:

nec uideatur quisquam per totum montem. Boues quoque et oues non pascantur e contra. Excidit ergo duas tabulas lapideas: quales antea fuerant. Et de nocte consurgens ascendit in montem synai sicut et praeeperat dominus: portans secum tabulas. Cumque descendisset dominus per nubem: stetit moyses cum eo. inuocans nomen domini. Quo transeunte coram eo: ait. Dominator domine deus. misericors et clemens. patiens et multae miserationis ac uerus. qui custodis misericordiam in milia. qui auferis iniquitatem et scelera atque peccata. nullusque apud te per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum filiis et nepotibus: in tertia et quarta progeniem. Festinusque moyses curuatus est pronus in terram: et adorans ait. Si inueni gratiam in conspectu tuo domine. obsecro ut gradiaris nobiscum: populus enim dure ceruicis est: et auferas iniquitates nostras atque peccata. nosque possideas. Respondit dominus. Ego in uobis pactum. Videntibus cunctis signa faciam que nunquam uisa sunt super terram. nec in ullis gentibus: ut certat populus iste in cuius es medio opus domini terribile. quod facturus sum. Obserua cuncta: que hodie mandauit tibi. Ego ipse etiam ante faciem tuam amorreum. et chanaanem. et etheum: pherezeum quoque et eueum. et iebuseum. Caue ne unquam cum habitatoribus terre illius iungas amicitias: que tibi sunt

in ruinā. Sed aras eorū destrue; cōfringe statuas: lucos q̄ succide. **N**oli adorare dñm alienū. **D**ñs. zelotes nomen eius: dñs est emulatoꝝ. **N**e uideas pactū cū hominibz illaz regionū; ne cū fornicati fuerint cum dys suis. et adorauerint simulacra eorū: uocet te quispiā. ut comedas de imolatis. **N**ec uxorem de filiabz earū accipies filijs tuis: ne postq̄m ipse fuerint fornicate. fornicari faciant et filios tuos in deos suos. **D**eos conflaciles non facies tibi. **S**ollempnitatē azimorū custodies. **S**eptem diebz uesceris azimis. sicut p̄cepi tibi: in tempore mensis nouorū. **M**ense enī uerni temporis. egressus es de egypto. **O**mne quod aperit uulua generis masculini: meū erit. **D**e cunctis animantibz tam de bobus quā de ouibz: meū erit. **P**rimogenitū asini: redimes oue. **S**im autē nec pretiū pro eo dederis: occidetur. **P**rimogenitū filiorū tuorū redimes: nec apparebis ī conspectu meo uacuis. **S**ex diebz opaberis: die septimo cessabis a rare ⁊ metere. **S**ollempnitatē ebdomaday facies tibi in prinitus frugum messis tue triticee: et sollempnitatē quando redeunte āni tempore cuncta conduntur. **T**ribus temporibz anni: apparebit omne masculinū tuum in conspectu omnipotentis domini dei isrl. **C**um enī tulerō gentes a facie tua. et dilatauero terminos tuos; nullus insidiabitur terre tue: as

cendente te. et apparente in conspectu domini dei tui. idest in diebus azimorum fermentū non sit in domo tua ter in anno. **N**on immolabis super fermento sanguinē hostie mee: neq̄ residuebit mane de uictima sollempnitatis phase. **P**rimicias frugū terre tue: offeres in domū domini dei tui. **N**on coques hedum in lacte matris sue. **D**ixit q̄ dominus ad moysen. **S**cribe tibi uerba hec: quibus et tecum. et cum israel pepigi fedus. **F**uit ergo ibi cū domino quadraginta dies. et quadraginta noctes: panem non comedit. et aquam non bibit. **E**t scripsit in tabulis: uerba federis decem. **C**umq̄ descenderet moyses de monte synai. tenebat duas tabulas testimonij: et ignorabat qd̄ comuta esset facies sua. ex cōfortio sermonis dei. **V**identes autem aaron et filij israel comutā moysi faciem: timuerunt prope accedere. **V**ocati q̄ ab eo: reuerfi sunt tam aaron quā principes synagoge. **E**t postquam locutus est: uenerunt ad eum etiam omnes filij israel. **Q**uibus precepit cuncta que audierat a domino: in monte synai. **I**mpletisq̄ sermonibz: posuit uelamen sup faciem suam. **Q**uod ingressus ad dñm. et loquens cū eo. aufererat donec exiret: et tunc loquebatur ad filios israel. omnia que sibi fuānt impata. **Q**ui uidebant faciem

egredientis moysi esse cornuta:
sed operiebat ille rursus faciem
suam. si quando loq̄batur ad eos.

Sicut congregata **XXXV**

omni turba filiorum israel: dixit
ad eos. **H**ec sunt que dominus iussit
fieri. **S**ex diebus facietis opus.
Septimus dies erit uobis sanctus:
sabbatum et requies domini. **Q**ui fe-
cerit opus in eo: occidetur. **N**on
succendetis ignem in omnibus ha-
bitaculis uestris: pro die sabbati.
Et ait moyses ad omnem cateruam
filiorum israel. **I**ste est sermo quem pre-
cepit dominus: dicens. **S**eparate a
pud uos primitias domino. **O**mnis
uoluntarius et proxi animi offe-
rat eas domino. aurum et argentum
et es. iacinctum et purpuram. coc-
cumque bis tinctum. et billum: et
pilos caprarum. et pelles arietum
rubricatas et iacinctinas. ligna
sethim. et oleum ad luminaria
concinuanda. et ut conficiatur
unguentum. et thymiana suaui-
simum: lapides onichinos. et gem-
mas ad ornatum suphumeralis et
rationalis. **Q**uis uerum est sa-
piens. ueniat. et faciat quod dominus
imperauit: tabernaculum scilicet
et tectum eius atque operimentum.
anulos et tabulata cum uectibus.
paxillos et bases. archamque et
uectes. propiciatorium et uelum
quod ante illud operanditur. insam
de monte galaad. et reuersi sunt
ex ppl̄o uiginti duo milia uirorū:
et tantum decem milia remanse-
runt. Dixitq; d̄ns ad gedeon. Ad-
huc ppl̄s multus ē. Duc eos ad a-
quas: et ibi probabo illos. Et de
quo dixero tibi ut tecum uadat.
ipse p̄gat: quē ibi prohibuero:
ip̄e reuertatur. Cūq; descendisset
ppl̄s ad aquas: dixit d̄ns ad ge-
deon. Qui manu et lingua lam-
buerint aquas. sicut solent canes
lambere: sepabis eos seorsū. Qui
autē curuatis genib; biberint: in

altera parte erunt. fuit itaq; numerus eorum qui manu ad os proiciente aquas lambuerant: trecenti uiri. Omnis autem reliqua multitudo: flexo poplite biberat. Et ait dominus ad gedeon. In trecentis uiris qui lambuerant aquas liberabo uos: et tradam madian in manu tua. Omnis autem reliqua multitudo: reuertatur in locum suum. Sumptis itaq; pro numero cibariis et tubis. omnem reliquam multitudinem abire precepit ad tabernacula sua: et ipse cum trecentis uiris se certaminum dedit. Castra autem madian: erant subter in ualle. Eadem nocte dixit dominus ad eum. Surge et descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. Si autem solus ire formidas: descendat tecum phara puer tuus. Et cum audieris quid loquantur: tunc confortabuntur manus tue; et securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse et phara puer eius in partem castrorum: ubi erant armatorum uigilie. Madian autem et amalech. et omnes orientales populi: fusi iacebant in ualle. ut locustarum multitudo. Cameli autem innumerabiles erant: sicut harena que iacet in litore maris. Cumque uenisset gedeon: narrabat aliquis somnium suum proximo suo; et in hunc modum referebat quod uiderat. Uidi somnium. Et uidebatur mihi quasi subcinericius panis ex ordeo. uolui: et in madian castra descendere.

Cumque uenisset ad tabernaculum. percussit illud. atque subiecit: et terre funditus coequauit. Respondit is cui loquebatur. Non est hoc aliud: nisi gladius gedeonis filij ioas. uiri israhelice. Tradidit dominus in manu eius madian: et omnia castra eius. Cumque audisset gedeon somnium et interpretationem eius: adorauit. Et reuersus ad castra israhelice: ait. Surgite. Tradidit enim dominus in manus nostras castra madian. Diuisitque trecentos uiros in tres partes: et dedit tubas in manibus eorum: lagenasque uacuas. ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos. Quod me facere uideritis: hoc facite. Ingrediar partem castrorum: et quod fecero sectamini. Quando percussuerit tuba in manu mea: uos quoque per castrorum circuitum clangite. et conelamate domino et gedeoni. Ingressusque est gedeon. et trecenti uiri qui erant cum eo. in partem castrorum. incipientibus uigiliis noctis medie: et custodiibus suscitatis. cepunt buccinis clangere. et complodere inter se lagenas. Cumque per circuitum castrorum in tribus personarent locis. et ydrias confregissent: tenuerunt sinistris manibus lampades. ex dextris sonantes tubas: clamaueruntque. gladius dei et gedeonis. stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostium. Omnia itaque castra turbata sunt: et uociferantes ululantesque fugerunt. Et nichilominus insistebant tre-

centi uiri: buccinis psonantes. In-
misitq; dñs gladium in omib; ca-
stris; et mutua se cede truncabāt:
fugientes usq; bethseca. et crepi-
dinē ab elmeula in tebbath. Con-
clamantes autē uiri isti. de nepra-
lim et aser et omni manasse: pse-
quebantur madian. Misitq; gede-
on mīctos in omnē montē ephra-
im: dicens. Descendite ī occursum
madian: et occupate aquas usq;
bethbera atq; iordanem. Clama-
uitq; omnis effraim: et preoccu-
pauit aquas usq; bethbera atq;
iordanē. Apphensosq; duos uiro-
madian. oreb et zeb. interfecit o-
reb in petra oreb: zeb uero ī tor-
culari zeb. Et psecuti sunt madi-
an: capita oreb et zeb portantes
ad gedeon. trans fluenta iordanis.

Dixeruntq; ad eū **VIII**
uiri effraim. Quid est hoc
quod facere uoluisti. ut non nos
uocares cū ad pugnam pgeres
contra madian: uirgantes fortit
et prope uim inferentes. Quib;
ille respondit. Quid enī tale fa-
cere potui. quale uos fecistis.
Nonne melior est racemus effra-
im. uindemus abrezet. In manū
uāas tradidit dñs pncipes ma-
dian: oreb et zeb. Quid tale fa-
cere potui. quale uos fecistis. Qd
cum locutus ēet: requieuit sps e-
oz quo timebant contra eum.
Cumq; uenisset gedeon ad iorda-
nē; transiuit eum cū trecentis ui-
ris qui secum erant: et pre lassit-

tudine. fugientes psequi nō pote-
rant. Dixitq; ad uiros soccoth. Da-
te obsecro panes p̄lo qui mecum est.
qui ualde defecerunt: ut possim
psequi zebec et salmana. reges ma-
dian. Responderunt pncipes soc-
coth. Forsitan palme manūū zebec
et salmana in manu tua sunt: et
idcirco postulas ut demus exerci-
tui tuo panes. Quib; ille ait. Cū
ergo tradiderit dñs zebec et sal-
mana in manus meas. et cū reu-
sus fuero uictor in pace: cōteram
carnes uāas cum spinis tribulitq;
deserti. Et inde conscendens: uenit
in phanuel. Locutusq; ē ad uiros
loci illius similia. Cui et illi res-
ponderunt: sicut responderant
uiri soccoth. Dixit itaq; et eis. Cū
reuisus fuero uictor in pace: des-
tuam turrim hanc. Zebec autē et
salmana: quiescebant cū omni
exercitu suo. Quindeci enī milia
uiri remanserant ex omnib; tur-
mis orientaliū poploꝝ: ceteris ui-
ginti milib; bellatoꝝ. et educenti-
um gladiū. Ascendensq; gedeon
p uiam eoz qui in tabernaculis
morabantur. ad orientale partem
nobē et rechaā. percussit castra hos-
tium: qui securi erant. et nichil
adūsi suspicabantur. Fugeritq; ze-
bec et salmana. Quos psequis
gedeon comprehendit: tur-
bato omni exercitu eoz. Reu-
tensq; de bello ante solis ortum:
apphendit puerū de uiris soccoth.
Interrogauitq; eum nōia pncipiū

et seniorum soccoth: et descripsit septuaginta septem viros. Venitque ad soccoth: et dixit eis. En zebec et salmana super quibus reprobrastis mihi: dicentes. Forsitan manus zebec et salmana in manibus tuis sunt: et ideo postulas ut demus viros qui lassii sunt et defecerunt. panes. Tulit ergo seniores civitatis. et spinas deserti ac tribulos: et contriuit cum eis atque comminuit viros soccoth. Turrim quoque phanuel subuertit: occisis habitatoribus civitatis. Dixitque ad zebec et salmana. Quales fuerunt viros quos occidistis in thabor: Qui responderunt. Similes tui: et unus ex eis quasi filius regis. Quibus ille ait. Fratres mei fuerunt: filii matris mee. Vivit dominus: si servaveris eos. non vos occiderem. Dixitque iecher primogenito suo. Surge: et interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim: quia adhuc puer erat. Dixeruntque zebec et salmana. Tu surge et irruere in nos: quia iuxta etatem et robur es hominis. Surrexit gedeon: et interfecit zebec et salmana. Et tulit ornamenta ac bullas: quibus colla regaliu camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri israel: ad gedeon. Dominare nobis tu. et filii tui: et filii filii tui: quia libastis nos de manu madian. Quibus ille ait. Non dominabitur in vos filius meus: sed dominabitur dominus. Dixitque

ad eos. Innam petitionem postulo a vobis. Date mihi in aures ex pida vestra. In aures enim aureas: hismaelites habere consueverat. Qui responderunt. Libentissime dabimus. Expandentesque super terram pallium: proiecerunt in eo in aures de pida. Et fuit pondus postulatorum aurium mille septingenti auri sicuti: absque ornamentis et monilibus ac veste purpurea. quibus madian reges uti soliti erant: et preter torques aureas camelorum. fecitque ex eo gedeon ephor: et posuit illud in civitate sua. ephra. fornicatusque est omnis israel in eo: et factus est gedeon et omni domui eius in ruinam. Humiliatus est autem madian: coram filiis israel. Nec poterunt ultra elevari ceruices: sed quievit terra per quadraginta annos: quibus gedeon preiuit. Abiit itaque ierobaal filius ioas: et habitavit in domo sua. Habuitque septuaginta filios. qui egressi sunt de femore eius: eo quod plures habuerit uxores. Concubina autem illius quam habebat in sicheim: genuit ei filium nomine abimelech. Mortuus est gedeon filius ioas. in senectute bona: et sepultus in sepulchro ioas patris sui in ephra. de familia ephra. Postquam autem mortuus est gedeon: auersi sunt filii israel. et fornicati cum baalim. Percusseruntque cum baal sedus ut esset eis in dominum: nec recordati sunt dominum dei sui. qui eruit eos de manu

inimicoy suoy omniu p circuitu.
 Nec fecerunt miam cum domo te
 robaal gedeon. iuxta oia bona
 que fecerat iseli. **LX**

Abyr autē abimelech filius
 ierobaal in sichein ad frēs
 matris sue. et locutus ē ad eos. et
 omnē cognationē domus patris
 matris sue. dicens. Loquimur ad
 omēs uiros sichein. Quid uobis ē
 melius ut dñetur uir septuagi
 ra uiri omnes filij ierobaal. an ut
 dñetur uobis unus uir. Simulq;
 considerate. quia os ur̄m ⁊ caro
 ur̄a sum. Locutiq; sunt frēs ma
 tris eius de eo ad omnes uiros si
 chein uniuersos sermones istos. et
 inclinauerūt cor eoy post abime
 lech. dicentes. Frater nr̄ est. Dede
 runtq; illi septuaginta pondo ar
 genti. de phano baalberich. Qui
 conduxit ex eo sibi uiros inopes et
 uagos. secutiq; sunt eū. Et uenit
 in domū patris sui in ephra. et oc
 cidit frēs suos filios ierobaal sep
 tuaginta uiros. sup lapidem unū.
 Remansitq; ioathan filius iero
 baal minimus. et absconditus ē.
 Congregati sunt autē omēs uiri
 sichein. et uniuē familie urbes
 mello. abieruntq; et constituerūt
 regem abimelech. iuxta quercū
 que stabat in sichein. Qd cū nun
 ciatum eēt ioatham. iuit et ste
 tit in uertice montis garizim. Ele
 uataq; uoce. clamauit. et dixit.
 Audite me uiri sichein. ita ut au
 diat uos d̄s. Jerunt ligna. ut un

gerent sup se regem. Dixeruntq; o
 liue. Impera nobis. Que respōdit.
 Numqd possum deserere pinguedi
 ne meam. qua et dii utuntur et
 homines. et uenire ut int ligna
 pmouear. Dixeruntq; ligna ad
 arborem ficum. Veni. et sup nos
 regnum accipe. Que respondit
 eis. Numqd possum deserere dul
 cedine meam. fructusq; suauissi
 mos. et ire ut inter cetera ligna
 pmouear. Locuta quocq; sunt lig
 na ad uitē. Veni. et impa nobi.
 Que respondit eis. Numqd pos
 sum deserere uinū meū. quod leti
 ficat d̄m et homines. et inter cete
 ra ligna pmoueri. Dixeruntq;
 omnia ligna ad ramnū. Veni. et
 impera sup nos. Que respondit
 eis. Si uere me regem uobis con
 stitueris. uenite. et sub mea um
 bra requiescite. Si autē n̄ uultis.
 egrediatur ignis de ramno. et de
 uoret cedros lybani. Nunc igitur
 si recte et absq; peccato constitu
 istis sup uos regem abimelech. ⁊
 bene egistis cum ierobaal et cū
 domo eius. et reddidistis uitē
 beneficijs eius qui pugnauit pro
 uobis. et aīam suam dedit picu
 lis ut erueret uos de manu madi
 an. qui nunc surrexistis contra do
 mū patris mei. et interfecistis fili
 os eius septuaginta uiros super
 unū lapidem. et constituistis regē
 abimelech filiū ancille eius sup
 habitatores sichein eo qd frater
 ur̄ sit. si ergo recte et absq; uicio

egistis cū ierobaal et domo eius:
 hodie letemini in abimelech. et ille
 letetur in uobis. **S**in autē pūse;
 egrediatur ignis ex eo. et consu-
 mat habitatores sichem. et oppidū
 mello: egrediaturq; ignis de ui-
 ris sichem et de oppido mello. et
 deuoret abimelech. **Q**ue cū dix-
 isset; fugit et abiit in bera: ha-
 bitauitq; ibi metu abimelech
 fr̄is sui. **R**egnauit itaq; abime-
 lech sup isrl̄: annis tribus. **N**u-
 sicq; deus sp̄m pessimū: inter a-
 bimelech et habitatores sichem.
Qui cepunt eū detestari; et sce-
 lus interfectionis septuaginta
 filioꝝ ierobaal. et effusione san-
 guinis eoz conferre ī abimelech
 fr̄em suū: et in ceteros sichimoz
 p̄ncipes qui eū adiuuerant. **P**o-
 fueruntq; insidias adūsus eum:
 in montiū summitatē. **E**t dum
 illius p̄stolarentur aduentū: ex-
 crebant latrocinia. agentes p̄das
 de p̄tereuntib; **N**unciatumq; est
 abimelech. **V**enit autē gaal filius
 obed cum fr̄ib; suis: et transiit
 in sichimā. **A**d cuius aduentū e-
 recti habitatores sichem. egressi
 sunt in agros: uastantes uineas.
 uiasq; calcantes. **E**t factis can-
 tantium choris: ingressi sūt pha-
 nū dei sui. **E**t inter epulas et po-
 cula maledicebant abimelech:
 clamante gaal filio obed. **Q**uis ē
 abimelech et que est sichem ut
 seruiamus ei? **N**umquid n̄ est fi-
 lius ierobaal. et cōstituit primapē

zebul seruū suū sup uiros emoz
 patris sichem. **C**ur igitur seruiti
 ei? **U**tinam daret aliquis popl̄m
 istum sub manu mea: et auferre
 de medio abimelech. **D**ictum ē abi-
 melech. **C**ongrega exercitus mul-
 titudinē: et ueni. **Z**ebul enī prin-
 ceptus ciuitatis. auditis sermonib;
 gaal filij obed. iratus ē ualde: et
 misit clam ad abimelech nūcios.
 dicens. **E**cce gaal filius obed ue-
 nit in sichimā cum fr̄ib; suis: et
 oppugnat adūsus te ciuitatem.
Surge itaq; nocte cum ppl̄o qui
 tecum ē. et latita in agro: et p̄mo
 mane oriente sole irruē sup ciui-
 tatem. **I**llo autē egrediente adūsū
 te cum ppl̄o suo: fac ei qd̄ potue-
 ris. **S**urrexit itaq; abimelech cū
 omni exercitu suo nocte: et tere-
 dit insidias iuxta sichimā in
 quatuor locis. **E**gressusq; est gaal
 filius obed: et stetit in introitu
 porte ciuitatis. **S**urrexit itaq; a-
 bimelech et omnis exercitus eius
 cū eo: de insidiarū loco. **C**umq; ui-
 disse ppl̄m gaal: dixit ad zebul.
Ecce de montib; multitudo descen-
 dit. **C**ui ille respondit. **I**mbas
 montiū uides quasi hominū ca-
 pita: et hoc errore deciperis. **R**ur-
 sumq; gaal ait. **E**cce ppl̄s de um-
 bilico terre descendit: et unus ci-
 neus uenit puam que respicit
 quercū. **E**t dixit zebul. **I**bi est
 nunc os tuū quo loquebaris. quis
 est abimelech ut seruiamus ei?
Nonne iste est ppl̄s quem despice

bas. Egredere: et pugna contra eum. Abiye ergo gaal expectante sichimorum populo: et pugnavit contra abimelech. Qui persecutus est eum fugientem: et in urbem compulit. Cederuntque ex parte eius plurimi usque ad portam civitatis. Et abimelech sedit in turri. Zebul autem gaal et socios eius expulit de urbe: nec in ea passus est commorari. Sequenti ergo die: egressus est populus in campum. Quod cum nuntiatum esset abimelech: tulit exercitum suum et divisit in tres turmas. redens insidias in agris. Vidensque quod egredereetur populus de civitate: surrexit et irruit in eos cum cuneo suo: oppugnans et obsidens civitatem. Due autem turbe palantes per campum: adusarios persequabantur. Porro abimelech omni die illo oppugnabat urbem. Quam cepit. interfectis habitatoribus eius. ipsaque destructa: ita ut sal in ea dispergeret. Quod cum audissent qui habitabant in turri sichimorum: ingressi sunt phanum dei sui berith. ubi fedus cum eo pepigerant: et ex eo locus nomen acceperat: qui erat valde munitus. Abimelech quoque audiens viros turris sichimorum pariter conglobatos: ascendit in montem selmon cum omni populo suo. Et arrepta securi: precidit arboris ramum. Impositumque ferens humero: dixit ad socios. Quod me uideritis facere: cito facite. Igitur cerratim ramos de arboribus

precidentes: sequebantur ducem. Qui circumdantes: presidium succendebant. Atque ita factum est: ut fumo et igne mille hominum anime necarentur: viri pariter ac mulieres. habitatorum turris sichem. Abimelech autem inde proficiscens: uenit ad oppidum thebes. Quod circumdans: obsidebat exercitu. Erat autem turris excelsa in media civitate. ad quam confugerant viri simul ac mulieres. et omnes principes civitatis. clausa firmissime ianua: et super turris tectum stantes per propugnacula. Accedensque abimelech iuxta turrum. pugnavit fortiter: et appropinquans ostio. ignem supponere nitentur. Et ecce mulier una fragmentum mole desuper iaciens. illic capiti abimelech: et confregit cerebrum eius. Qui uocavit cito armigerum suum: et ait ad eum. Cuagina gladium tuum et percute me: ne forte dicatur quod a femina interfectus sum. Qui iussa proficiens: interfecit eum. Illoque mortuo: omnes qui cum illo erant de israel. reuersi sunt ad sedes suas. Et reddidit deus malum quod fecerat abimelech contra patrem suum: interfectus septuaginta fratribus suis. Sichimitis quoque quod operati erant retributum est: et uenit super eos maledictio ioatham filii ierobaal. **X** Post abimelech. surrexit dux in israel thola filius phua. patris abimelech. uir de ysachar. qui ha-

051

bitavit in sanir montis effraym: et iudicavit isrl' uiginti et tribus annis. Mortuusq; est: ac sepultus in sanir. Huic successit iair galaadites. qui iudicavit isrl' p uiginti duos annos; habens triginta filios sedentes supra triginta pullos asinay. et pncipes triginta ciuitatum: que ex noie eius sunt appellate auoth iair id est oppida iair usq; in pntem diem. in tra galaad. Mortuusq; est iair: ac sepultus in loco cui est uocabulu camon. filij aut' isrl' peccatis ueterib; iungentes noua. fecerunt malu in conspu dñi: et seruerunt ydolis baalim et astaroth. & dysfirie ac sidonis. et moab. et filioy amon. et philistym. Dimiseruntq; dñm: et no colebant eu. Contra quos iratus est dñs: et tradidit eos in manus philistym et filioy amon. Afflicti q; sunt. et uehementer oppressi p annos decem & octo omis qui habitabant transiordanē in terra amorrei que est in terra galaad: in tantu ut filij amon iordane transmissio. uastaret iudam. et beniamin et effraym. Afflictusq; est isrl' nimis. Et clamantes ad dominu: dixerunt. Peccauim' tibi: quia dereliquimus dñm dñm nr̄m. et seruiuimus baalim. Quib; locutus ē dñs. Numqd no egyptu et amorrei. filijq; amon et philistym. sydonu quoq; & amalech et chanaan oppresserunt uos. et clamastis ad me. et erui uos de

manu eoy. Et tamen reliquistis me: et coluistis deos alienos. Idcirco no addam: ut ultra. uos liberem. Ite et inuocate deos quos elegistis. Ipsi uos liberent: in tempe angustie. Dixeruntq; filij isrl' ad dñm. Peccauimus. Redde tu nobis quicqd placet tibi: tantum nunc libera nos. Que dicentes. omnia de finib; suis alienoy dōy ydola proiecerunt: et seruerunt dño. Qui doluit sup miseris eoy. Itaq; filij amon conclamantes: in galaad fixere tentoria. Cōtra quos congregati filij israhel: in malspha castra metati s̄. Dixeruntq; principes galaad: singuli ad primos suos. Qui primus ex nobis contra filios amon cepit dimicare: erit dux popli galaad.

Fuit itaq; illo in **XI** tempore iepthe galaadites ut fortissimus atq; pugnator. filius mulieris meretricis: qui natus ē de galaad. Habuit autē galaad uxorem: de qua suscepit filios. Qui postquā creuerant. eiecerunt iepthe: dicentes. Heres in domo patris nr̄i ēē non poteris: qā de altera matre natus es. Quos ille fugiens atq; deuitans: habitauit in terra tob. Congregatiq; sunt ad eum uiri inopes & latrociantes: et quasi pncipem sequebantur. In illis dieb;: pugnabāt filij amon contra isrl'. Quib; acriter instantib;: prexerunt maiores natu de galaad. ut tollerēt

... in rephe de m...
 ... ad eu. & sem et dno
 ... et pugna contra fil
 ... illi respicit. Na
 ... qui ad huc me et m
 ... dno patris me: et m
 ... ad me necessitate eipit
 ... pncipes galaad: ad
 ... hanc igitur causam
 ... uenimus: ut pncip
 ... pugnes contra fil
 ... dux omni qui ha
 ... galaad. Ipsi quib;
 ... uenire ad me ut
 ... uobis contra filios
 ... dno: eos dñs i ma
 ... pncipes nr̄
 ... dno et. Dñs qui
 ... uenire ad me ut
 ... uenire ad me ut
 ... poussa faeremus
 ... pncipis ga
 ... omni popis
 ... dno: et uenire
 ... suos omni dno in
 ... uenire ad me
 ... amon: qui et persona
 ... dno in et tibi est
 ... contra me ut uenire
 ... mea. Eius ille resp
 ... isrl' terram mea
 ... de egypto: a sim
 ... ad laboth atq; uo
 ... igitur cu patre red
 ... quos rursum ma
 ... impauit eis. ut d
 ... amon. Ite dux iepthe
 ... isrl' terram moab nr̄
 ... amon: sed quom de

in auxiliū sui iepthē. de trā tob.
 Dixeruntq; ad eū. Veni et esto
 princeps n̄r: et pugna contra fili
 os amon. Quib; ille respōdit. Nō
 ne uos estis qui odistis me. et ere
 cistis de domo patris mei. et nunc
 uenitis ad me necessitate cōpulsī.
 Dixeruntq; p̄ncipes galaad: ad
 iepthē. Ob hanc igitur causam
 nunc ad te uenimus; ut p̄ficisca
 ris nobiscū. et pugnes contra fili
 os amon. s̄isq; dux omnium qui ha
 bitant in galaad. Iepthē quodq; di
 xit eis. Si uere uenistis ad me ut
 pugnem pro uobis contra filios
 amon. tradideritq; eos dñs ī ma
 nus meas. ego ero princeps n̄r.
 Qui responderunt ei. Dñs qui
 hec audit ip̄e mediator ac testis
 est: qđ n̄ra promissa faciemus. A
 b̄it itaq; iepthē cū principib; ga
 laad: fecitq; eum omnis popl̄s
 p̄ncipem sui. Locutusq; est iepthē
 om̄s sermones suos coram dño. in
 mapha. Et misit nuncios ad re
 gem filioꝝ amon: qui ex persona
 sua dicerent. Quid m̄ et tibi est.
 quia uenistis contra me ut uasta
 res terram meā. Quib; ille respō
 dit. Quia tulit isrl̄ terram meā
 quando ascendit de egipto: a fini
 by arnon usq; ad iaboch atq; ior
 danem. Hunc igitur cū pace redde
 m̄ eam. Per quos rursum manda
 uit iepthē: et impauit eis. ut dice
 rent regi amon. Hec dicit iepthē.
 Non tulit isrl̄ terram moab nec
 terrā filioꝝ amon: sed quando de

egypto conscenderunt. ambulauit p
 solitudine usq; ad mare rubrū. et
 uenit in cades. Misitq; nūcios ad
 regem edom: dicens. Dimitte ut
 transeam p̄ terram tuā. Qui nolu
 it acquiescere p̄tib; eius. Misit er
 go et ad regem moab. Qui et ip̄e
 transitū prebere cōtemp̄sit. Man
 sit itaq; in cades: et circuiuit ex
 latere terrā edom. et terrā moab.
 Venitq; ad orientalem plagam
 terre moab: et castra metatus est
 trans arnon. nec uoluit intrare
 terminos moab. Arnon quippe cō
 finium ē terre moab. Misit itaq;
 nuncios isrl̄ ad seon. regem amor
 reoꝝ qui habitabat in esebon: et
 dixerunt ei. Dimitte ut transeam
 p̄ terram tuā: usq; ad fluuiū. Et
 et ip̄e isrl̄ uerba despiciens. nō di
 misit eum transire p̄ t̄minos suos:
 sed infinita multitudine congrega
 ta. egressus ē contra eū in iassa.
 ⁊ fortiter resistebat. Tradiditq;
 eum dñs in manus isrl̄: cū om̄i
 exercitu suo. Qui percussit eum; ⁊
 possedit omnē terram amorreū
 habitatoris regionis illius. et u
 niūsos fines eius. de arnon usq;
 ad iaboch: et de solitudine usq;
 ad iordanē. Dñs ergo deus isrl̄
 subūtat amorreū. pugnante cōtra
 illum pplō suo isrl̄: et tu nūc uis
 possidere terrā eius. Nonne ea
 que possedit chamos deus tuus.
 tibi iure debentur. Que aū dñs
 d̄s n̄r uictor obtinuit. in n̄ram ce
 dent possessionē: nisi forte melior

es balach filio sephor rege moab: aut docere potes qd' uirgatus sit contra isrl: et pugnauent cōtra eū quando habitauit in esebon ⁊ uiculis eius. et in arder et uillis eius. et in cunctis ciuitatib; iuxta iordanem. p̄ trecentos annos. Quare tanto tempe nichil sup hac repetitōne temptasti: Igitur non ego pecco in te: sed tu contra me male agis. iudicēs in bella nō iusta. Iudicet dñs arbiter huius diei: inter isrl et inter filios amon. Soluitq; acquiescere rex filioꝝ amon uerbis iepthe: que p̄ nuncios mandaue rat. factus ē ergo sup iepthe sp̄s dñi. Et circueus galaad et mansit se. maspha quoq; galaad. et inde transiens ad filios amon: uotū uouit dño. dicens. Si tradideris filios amon in manus meas: q̄ cumq; p̄mus egressus fuerit de forib; domus mee. inq; occurrerit reuertenti cū pace a filiis amon. eum holocaustum offeram dño. Transiuitq; iepthe ad filios amon: ut pugnaret contra eos. Quos tradidit dñs in manus eius. Percussitq; ab arder usq; dum uenias ī mennith. uiginti ciuitates. ⁊ usq; ad abel que est uineis consita: plaga magna nimis. Humiliatq; s̄ filij amon: a filiis isrl. Reuertenti aut iepthe in maspha domū suā: occurrit unigenita filia cum tympanis et choris. Non enī habebat alios liberos. Qua uisa. scidit uerba sua: et ait. Heu filia

mi. Decepisti me: et ipsa decepta es. Aperui enī os meū ad dñm: et aliud facere nō poterō. Cui illa respondit. Pater mi. si aperuisti os tuum ad dñm: fac in q̄cumq; pollicitus es: concessa tibi ultione atq; uictoria de hostib; tuis. Dixitq; ad patrem. Hoc solum in presta: qd' dēpcoꝝ. Dimitte me ut duob; mensib; circueam montes: ⁊ plangam uirginitatē meā cū sodalib; meis. Cui ille respondit. Nade. Et dimisit eam duob; mētib;. Cūq; abisset cū sociis atq; sodalib; suis: flebat uirginitatē suam in montib;. Expletisq; duob; mensib;. reuersa est ad patrem suū: et fecit ei sicut uouerat. Que ignorabat uirum. Exinde mos increuit in isrl. et consuetudo seruata est: ut post anni circulū conueniant in unū filie isrl. et plangent filiā iepthe galaadite dieb; quatuor. **XII**

Ecce autē in effraim orta est seditio. Nam transeuntes cōtra aquilonē: dixerūt ad iepthe. Quare uadens ad pugnam cōtra filios amon. uocare nos noluisti. ut pgeremus tecū. Igitur incendimus domū tuā. Quib; ille respondit. Disceptatio erat in et poplō meo contra filios amon uehemēs; uosq; uocaui ut michi pberetis auxiliū: et facere noluistis. Edcernens. posui in manib; meis animā meā; transiuitq; ad filios amon: et tradidit eos dñs in manus meas. Quid cōmerui. ut ad

usum me consurgatis in preliū.
 Vocatis itaq; ad se cunctis uiris
 galaad: pugnabat contra effra-
 ym. Percusseruntq; uiri galaad
 effraym: quia dixerat fugitiuus
 est galaad de effraym. ⁊ habitat
 in medio effraym ⁊ manasse. Oc-
 cupaueruntq; galaadite uada ior-
 danis: p que effraym reuisurus
 erat. Cumq; uenisset ad ea de ef-
 fraym numero fugiens. atq; dix-
 isset. obsecro ut me transire per-
 mittas: dicebant ei galaadite.
 Numquid effrateus es. Quo dice-
 te non sum: interrogabant eum.
 Dic ergo sebbolerh. Qd inter-
 patur spica. Qui respōdebat reb-
 boleth: eadem littera spicam ex-
 p̄mere non ualens. Statimq; ap-
 prehensū uigulabant: in ip̄o ior-
 danis transitu. Et ceciderunt in
 illo tempore de effraym: quadra-
 ginta duo milia. Iudicauit itaq;
 iepthe galaadites isrl' sex annis;
 et mortuus ē ac sepultus in ciui-
 tate sua galaad. Post hunc iudi-
 cavit isrl' abessan de bethleem: q̄
 habuit triginta filios et totidem
 filias. Quas emittens foras. ma-
 ritis dedit: et eiusdem numeri
 filijs suis accepit uxores: intro-
 ducens in domū suam. Qui sep-
 tem annis iudicauit isrl'. Mortu-
 usq; est: ac sepultus in bethleem.
 Cui successit ahyalon zabiloni-
 tes: et iudicauit isrl' decē annis.
 Mortuusq; est: ac sepultus ī za-
 bilon. Post hunc iudicauit isrl'

abdon filius hellel pharatoniches:
 qui habuit quadraginta filios et
 triginta ex eis nepotes. ascendētes
 sup septuaginta pullos asinay. Et
 iudicauit isrl' octo annis. Mortu-
 usq; est: ac sepultus ī pharaton
 terre effraym in monte amalech.
Rursumq; filij isrl' **XIII**
 fecerunt malū in conspectu
 dñi. Qui tradidit eos in manus
 philistinoy: quadraginta annis.
 Erat autē quidam uir de saraā et
 de stirpe dan. nōte manue: habēs
 uxorem sterilem. Cui apparuit an-
 gelus dñi: et dixit ad eam. Steri-
 lis es et absq; liberis: s; concipies
 et paries filium. Caue ergo ne bi-
 bas unū ac siceram. nec immū-
 dum q̄quam comedas: q̄a con-
 cipes et paries filium: cuius nō
 tangeret caput nouacula. Er̄t e-
 nim nazareus dei ab infantia
 sua. et ex matris utero: et ip̄e in-
 cipiet liberare isrl' de manu phi-
 listinoy. Que cum uenisset ad ma-
 ritum suū: dixit ei. Vir dei uen-
 ad me. habens uultū angelicum:
 terribilis nimis. Quē cum intro-
 gassem quis ēet. et unde uenisset.
 et quo nōte uocaretur: noluit in-
 dicere: sed hoc respondit. Ecce con-
 cipes: et paries filium. Caue ne
 unum bibas nec siceram: et ne
 aliquo uescaris imundo. Er̄t enī
 puer nazareus dei ab infantia sua:
 ex utero matris usq; ad diem mor-
 tis sue. Oravit itaq; manue dñm:
 et ait. Obsecro dñe. ut uir dei quē

351
 misisti ueniat iterum: et doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est. Exaudiuitque dominus precantem manue: et apparuit rursum angelus dei uxori eius. sedenti in agro. Manue autem maritus eius: non erat cum ea. Que cum uidisset angelum: festinauit et cucurrit ad uirum suum: nuntiavitque ei dicens. Ecce apparuit michi uir: quem ante uideram. Qui surrexit: et secutus est uxorem suam. Veniensque ad uirum: dixit ei. Tu es qui locutus es mulieri. Et ille respondit. Ego sum. Cui manue. Quando inquit sermo tuus fuerit expletus: quid uis ut faciat puer. aut a quo se obseruare debebit. Dixitque angelus domini ad manue. Ab omnibus que locutus sum uxori tue absterneat se: et quicquid ex uinea nascitur non comedat. Vinum et siceram non bibat: nullo uescatur immundo: et quod ei precepti impleat atque custodiat. Dixitque manue ad angelum domini. Obsecro ut acquiescas precibus meis: et faciamus tibi hedum de capris. Cui respondit angelus. Si me cogis: non comedam panes tuos. Sin autem uis holocaustum facere: offer illud domino. Et nesciebat manue: quod angelus domini esset. Dixitque ad eum. Quod est tibi nomen. ut si sermo tuus fuerit expletus honoremus te. Cui ille respondit. Cur queris nomen meum quod est mirabile. Tulit itaque manue hedum de capris et libame-

ta. et posuit supra petram: offerrens domino qui facit mirabilia. Ipe autem et uxor eius intuebatur. Cumque ascenderet flamma altaris in celum: angelus domini ascendit pariter in flamma. Quod cum uidisset manue et uxor eius: proni ceciderunt in terram. Et ultra non apparuit eis angelus domini. Statimque intellexit manue angelum domini esse: et dixit ad uxorem suam. Forte moriemur: quia uidimus dominum. Cui respondit mulier. Si dominus nos uellet occidere: de manibus nostris holocausta et libamenta non suscepisset. Sed nec ostendisset nobis hec omnia: neque ea que sunt uentura dixisset. Perperit itaque filium: et uocauit nomen eius samson. Creuitque puer: et benedixit ei dominus. Cepitque spiritus domini esse cum eo in castris dan: in tarsaa et estaol. **XIII**

Descendit igitur samson in thannatha. Vidensque ibi mulierem de filiabus philistinum: ascendit et nuntiavit patri suo et matri sue. dicens. Vidi mulierem in thannatha de filiabus philistinorum: quam queso ut mihi accipiatis uxorem. Cui dixerunt pater et mater sua. Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum. et in omni populo meo. quia uis accipe uxorem de philistinum qui incircumcisi sunt. Dixitque samson ad patrem suum. Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius nesciebant quod res a domino fieret: et

quereret occasiones contra philistim. Co enim tempe: dñabantur philistim isrl. Descendit itaq; samson cū patre suo et matre in thannatha. Cumq; uenissent ad uineas oppidi: apparuit catulus leonis seuus rugiens; et occurrit ei. Irruit autē sps dñi in samson: et dilacerauit leonē. quasi hedum in frustra decerperet. nichil omnino habens in manu; et hoc patri et matri noluit indicare. Descendit q; et locutus ē mulieri que placuerat oculis eius. Et post aliqñ dies reitens ut acciperet eam: declinauit ut uideret cadauer leonis. Et ecce examen apum in corpore leonis erat: ac fauus mellis. Quē cum sumpsisset in manib; comedebat in uia. Veniensq; ad patrem suū et matrē: dedit eis partem. Qui et ipi comederunt. Hec tamen eis uoluit indicare: quod mel de corpore leonis assumpserat. Descendit itaq; pater eius ad mulierē: et fecit filio suo samson conuiuū. Sic igitur iuuenes facere consueuerant. Cum igitur ciues loci uidissent eū: dederūt ei sodales triginta. qui eēnt cum eo. Quib; locutus ē samson. Pponā uobis pblema. Ad si solueritis in intra septem dies conuiuū: dabo uobis triginta sindones. et totidem tunicas. Sin autē nō potueritis soluere: uos dabitur in triginta sindones. et eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei. Pro

pone pblema: ut audiam? Dixitq; eis. De comedente exiit cibus: et de forti egressa est dulcedo. Hec potuerunt p tres dies soluere ppositionem. Cumq; adēet dies septimus: dixerunt ad uxore samson. Blandire uiro tuo: et suade ei ut inducat tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris: incendemus te. et domū patris tui. An idcirco uocastis nos ad nuptias. ut spoliaretis? Que fundebat apud samson lacrimas: et q̄ rebatur dicens. Odisti me et non diligis: idcirco pblema qd' pposuisti filius populi mei. nō uis in exponere. At ille respondit. Parti meo et matri nolui dicere: et tibi indicare potero. Septem igitur dieb; conuiuū: flebat apud eū. Tandemq; die septimo cū ei eēt molesta: exposuit. Que statim i dicebat ciuib; suis. Et illi dixerūt ei die septimo: ante solis occubitum. Quid dulcius melle? Et quid fortius leone? Qui ait ad eos. Si nō arasseris in utula mea: nō inuenissetis propositio nē meā. Irruit itaq; in eum sps dñi: descenditq; ascalonem. et percussit ibi triginta uiros. Quoz ablatas uestes: dedit eis qui problema soluerant. Iratusq; nimis: ascendit in domū patris sui. Uxor autē eius accepit maritum: unum de amicis ei' et p nubis. **P**ost aliquantū autē **XV** tempis. cum dies triticee



messis instarent; uenit samson
 inuisere uolens uxorem suam: et
 attulit ei hedum de capris. Cūq;
 cubiculū eius solito uellet intra-
 re: phibuit eum pater illius. di-
 cens. Putauit qd' odisses eam: et
 ideo tradidit illam amico tuo. **S:**
 habet sororem. que uinior et pul-
 chrior illa est: sit tibi p ea uxor.
Cui respondit samson. Ab hac
 die nō erit culpa in me: contra
 philisteos. faciam enim uobis
 mala. **Prexerūtq;** et cepit trecen-
 tas uulpes. caudasq; earū unxit
 ad caudas: et faces ligauit in
 medio. Quas igne succendens:
 dimisit ut huc illucq; discurre-
 rent. Que statim prexerunt in
 segetes philistinorū. **Quib;** suc-
 censis. et comportate iam fruge
 et adhuc stantes in stipula con-
 cremate sunt: in tantum. ut ui-
 neas quodq; et oliueta flamma
 consumeret. **Dixeruntq;** philisti-
 im. Quis fecit hanc rem? **Quib;**
 dictum ē. Samson gener thanna-
 thei: quia tulit uxorem eius et
 alteri tradidit. hec operatus est.
Ascenderuntq; philistim: et cō-
 buusserunt tam mulierē quā pa-
 trem eius. **Quib;** ait samson. **Li-**
 cet hec feceritis: tamen adhuc ex
 uobis expetam ultionē; et tunc
 quiescam. **Pecussitq;** eos ingenti
 plaga: ita ut stupentes. suram
 femori imponerēt. Et descendens
 habitauit in spelunca petre e-
 than. **Igitur ascendentes philisti-**

im in terra iuda: castra metati
 sunt in loco qui postea uocatus ē
 lechi id est maxilla. ubi eorū fufus
 est exercitus. **Dixeruntq;** ad eos
 de tribu iuda. **Cur ascendistis ad**
uisum nos? **Qui responderūt.** **Ut**
ligemus samson uenimus: et red-
 damus ei que in nobis opatus ē.
Descenderunt ergo tria milia ui-
 roꝝ de iuda: ad specū silicis ethan.
Dixeruntq; ad samson. **Hecis**
quod philistim inueniunt nobis.
Quare hoc facere uoluisti? **Quib;**
 ille ait. **Sicut fecerunt mī: feci eis.**
Ligare inquit te uenimus; et
 tradere in manus philistinorū.
Quib; respondit samson. **Iurate**
et spondere mī: qd' non occidatis
me. **Dixeruntq;** **Non te occidemus:**
sed unctum trademus. **Ligau-**
runtq; eū duob; nouis funib;: et
 tulerunt eū de petra ethan. **Qui**
cū uenissent ad locum maxille. et
philistim uociferantes occurrisset
ei: irruit sps dñi in eū. Et sicut
solent ad odorem ignis lina consu-
mi: ita et uincula quib; ligatus
erat dissipata sunt et soluta. **In-**
uentamq; maxillā. id est mandi-
 bulam asini que iacebat. arripi-
 ens: interfecit in ea mille uiros.
 et ait. **In maxilla asini. in mandi-**
bula pulli asinay deleui eos: et
pecussi mille uiros. **Cumq;** hec ca-
 niens uerba compleisset: proiecit
 mandibulā de manu. **Et uoca-**
uit nom̄ loci illius remathlechi:
qd' interpretatur eleuatio maxille.

Sitensq; ualde clamauit ad do-
minu. et ait. Tu dedisti in manu
serui tui salutē hanc maximā atq;
uictoriam; et en sita mortuor. inci-
damq; in manus incircūcisoz. Ape-
ruit itaq; dñs molarem dentem ī
maxilla asini. et egressę sunt ex eo
aque. Quib; haustis. refocillauit
sp̄m; et uires recepit. Idcirco ap-
pellatum ē nom̄ loci illius fons ī
uocantis de maxilla. usq; in pre-
sentem diem. Iudicauitq; isrl̄ in
dieb; philistym. uiginti annis.

Abit quoq; in **XVI**
gāzā; et uidit ibi mulie-
rem meretricem. ingressusq; ē ad
eam. Qd̄ cū audissent philistym.
et perebuisset apud eos. intrasse
urbem samson. circumdederūt eū.
positis in porta ciuitatis custodi-
b; et ibi tota nocte cum silentio
prestolantes. ut facto mane exe-
untem occiderēt. Dormiuit autē
samson. usq; ad noctis mediū. Et
inde consurgens apprehendit amba-
pore fores cum postib; suis et sera.
impositasq; humeris portauit
ad uerticem montis. qui respicit
hebron. Post hec amauit mulierē
que habitabat in ualle sozech. et
uocabatur dalila. Veneruntq; ad
eam p̄ncipes philistinor. atq; dix-
erunt. Decipe eum. et disce ab illo in
quo tantam habeat fortitudinē.
et quom̄ eum supare ualeamus.
et unctū affligere. Qd̄ si feceris.
dabimus tibi singuli mille centū
argenteos. Locutaq; est ergo da-

lila ad samson. Dic m̄ obsecro in
quo sit tua maxima fortitudo. et
quid sit quo ligatus erumpere ne-
queas. Cui respondit samson. Si
septem neruicis funib; necdum
siccis et adhuc humentib; ligatū
fuero. infirmus ero ut ceteri ho-
mines. Attuleruntq; ad eam sacra-
pe philistinor septem funes ut
dixerat. quib; unxit eū latentib;
apud se insidys. et in cubiculo fi-
nem rei expectantib;. Clamauit
q; ad eū. Philistym sup te samson.
Qui rupit uincula. quomodo si
rumpat quis filum de stappa tor-
tum sputamine. cū odorem ignis
accepit. Et nō est cognitū. in quo
esset fortitudo eius. Dixitq; ad
eum dalila. Ecce illulisti m̄. et
falsum locutus es. Saltem nūc
indica m̄. quo ligari debeas. Cui
ille respondit. Si ligatus fuero
nouis funib; qui numq̄m fuerit
in opere. infirmus ero. et alioz
hominū similis. Quib; rursum
dalila unxit eum. et clamauit.
philistym sup te samson. in cubi-
culo insidys prepatis. Qui ita
rupit uincula. quasi fila telarū.
Dixitq; dalila rursum ad eū. Us-
q; quo decipies me et falsū loque-
ris. Ostende. quo uncti debeas.
Cui respondit samson. Si inquit
septem crines capitis mei cū licio
plexueris. et clauū hys circūli-
gatum. terre fixeris. infirmus
ero. Qd̄ cum fecisset dalila. dixit
ad eū. Philistym sup te samson.

Qui confurgens de sompno: ex-
traxit clauum cū crinib; et licio.
Dixitq; ad eū dālila. Quomodo
dicis qd' amas me. cū animus tu
us non sit meū. Per tres uices
mentitus es mī: et noluit mī di-
cere in quo sit maxima fortitudo
tua. Cumq; molesta ei eēt. et per
multos dies iugiter ei adhereret.
spatium ad quietem nō tribuens:
defecit aīa eius. et ad mortē usq;
lassata est. Tunc aprensus rei ueri-
tatem: dixit ad eam. Ferrū nūq;
ascendit sup caput meū: quia
nazareus id est consecratus dño
sum. de utero matris mee. Si ra-
sum fuerit caput meū: recedet a
me fortitudo mea et deficiam: e-
roq; sicut ceteri hōies. Vidensq;
illa qd' confessus ei esset omnem
animū suū: misit ad pncipes phi-
listinor. atq; mandauit. Ascen-
dite adhuc semel: quia nunc mī
aperuit cor suū. Qui ascenderūt:
assumpta pecunia quā promise-
rant. At illa dormire fecit eum
sup genua sua: et in sinu suo re-
clinare caput. Vocauitq; tonsorē
et rasit septem crines eius: et ce-
pit abicere eum et a se repellere.
Statim enī ab eo fortitudo dis-
cessit. Dixitq; Philistim sup te
samson. Qui de sompno confur-
gens: dixit in animo suo: egredi-
ar sicut et ante feci. et me excuti-
am: nesciens qd' dñs recessisset
ab eo. Quem cū apprehendissent
philistim. statim eruerunt oculos

eius: et duxerūt gazam uinctū
cathenis: et clausum in carcere
molere fecerunt. Jamq; capilli ei
renasci ceperant: et pncipes phi-
listinor conuenerant in unū ut i-
molarent hostias magnificas da-
gōn deo suo. et epularentur: dice-
tes. Tradidit d's noster inimicū
nr̄m samson: in manus nostras.
Qd' etiam ppls uidens. laudabat
dñm suū: eademq; dicebat. Tradi-
dit d's nr̄ in manus nr̄as adūsa-
rium nr̄m: qui deleuit terrā nos-
tram. et occidit plurimos. Letan-
tesq; p conuiuia sumptis iam e-
pulis. precepunt ut uocaretur
samson: et ante eos luderet. Qui
adductus de carcere: iudebat
ante eos. Feceruntq; eum stare:
inter duas columpnas. Qd' dixit
puero regenti gressus suos. Vi-
nite me ut tangam columpnas
quib; omnis iminet domus: ut
reclinet sup eas. et paululū requi-
escam. Domus autē plena erat:
uiroz ac mulierū. Et erant ibi
om̄s pncipes philistinor: ac de-
tecto et solario circiter tria milia
utriusq; sexus spectabāt ludentē
samson. At ille inuocato dño: ait.
Dñe d's n̄s memero mei. et redde
mī nunc pristinā fortitudinem d's;
ut ulciscar me de hostib; meis: et
pro amissione duoz luminū. unā
ultionē recipiam. Et apprehendens
ambas colūpnas quib; inniteba-
tur domus. alteramq; eay dextra.
et alteram leua tenens: ait. No

riatur aīa mea cū philistim. Con-
 cussisq; fortiter columpnis: cecidit
 domus sup om̄s p̄ncipes. et certam
 multitudinē que ibi erat. Multoq;
 plures interfecit moriens: quam
 ante uiuus occiderat. Descenden-
 tes aut̄ fr̄es eius et uniuersa cog-
 natio. tulerunt corpus eius: et se-
 pelierunt inter saraā et esthaōl.
 in sepulchro patris sui manue: .
Iudicauitq; isrl̄ uiginti annis.
Fuit eo tempore **XVII**
 uir quidā de monte effraym:
 nomine michas. Qui dixit matri
 sue. Nulle centum argenteos q̄s
 sepaueras tibi. et sup quib; me au-
 diente iuraueras. ecce ego habeo:
 et apud me sunt. Cui illa respon-
 dit. **B̄ndictus filius n̄s d̄no.** Red-
 didit ergo eos matri sue. Que di-
 xerat ei. **Consecraui et uoui argē-**
tum hoc d̄no: ut de manu mea
suscipiat filius meus. et faciat
sculptile atq; conflatile. Et nūc
 trado illud tibi. Reddidit ḡ eos
 matri sue. Que tulit ducentos ar-
 genteos: et dedit eos argentario
 ut faceret ex eis sculptile atq; cō-
 flatile: quod fuit in domo miche.
 Qui ediculam quoq; in ea deo
 sepauit: et fecit ephod ac thera-
 phim. id est uestem sacerdotale et
 ydola. Impleuitq; unius filiorū
 suoz manum: et factus est ei sa-
 cerdos. In dieb; illis non erat rex
 in isrl̄: sed unusquisq; quod sibi
 rectum uidebatur hoc faciebat.
 fuit quoq; alter adolescens de

berchleem iuda ex cognatione eius;
 eratq; ipse leuites: et habitabat
 ibi. Egrediusq; de ciuitate berchle-
 em: pegrinari uoluit ubicūq; sibi
 comodum reperisset. Cūq; uenisset
 in montē effraym. iter faciens. et
 declinasset parū in domo miche:
 interrogatus ē ab eo. **Vnde uenis.**
Qui respondit. Leuita sum de
 berchleem iuda: et uado ut habi-
 tem ubi potuero. et utile m̄ eēt p̄
 sperero. Mane inquit apud me:
 et esto m̄ parens ac sacerdos. Da-
 boq; tibi p̄ annos singulos decē
 argenteos ac uestem duplicem:
 et que ad uictum sunt necessaria.
 Acqueuit. et mansit apud homi-
 nē: fuitq; illi quasi unus de filijs.
 Impleuitq; michas manū eius;
 et habuit puerū sacerdotem apud
 se: nunc scio dicens. qd̄ bene faci-
 at michi d̄s. habenti leuitici gene-
 ris sacerdotem. **XVII**
In dieb; illis n̄ erat rex in isrl̄: et
 tribus dan querebat possessionē
 sibi. ut habitaret in ea. Usq; ad il-
 lum enī diem: inter ceteras tribus
 sortem nō accepat. Miserunt igit̄
 filij dan stirpis et familie sue quinq;
 uiros fortissimos. de saraā et esta-
 ol: ut explorarent terram. et dili-
 genter inspicerent. Dixeruntq; et.
 Ire. et considerare terrā. Qui cum
 p̄gentes uenissent in montē effra-
 ym. et intrassent domū miche:
 requieuerūt ibi. Et agnoscetes
 uocem adolescentis leuite. uten-
 tesq; illius diuersorio: dixerunt

micham. Quid tibi uis. Cur clamas. Qui respondit. Deos meos quos in fece tulistis. et sacerdote et omnia que habeo. et dicitis. quid tibi est. Dixeruntque ei filij dan. Caue ne ultra loquaris ad nos. et ueniant ad te uiri aſo concitati. et ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cepto itinere prexerunt. Videns autem michas. quod fortiores se essent; reuersus est in domum suam. Sexcenti autem uiri tulerunt sacerdotem. et que supra diximus. ueneruntque in lachis ad palmam quiescentem atque secuti; et percusserunt eos in ore gladij. urbemque incendio tradiderunt: nullo penitus serente presidium eo quod procul habitarent a sydone. et cum nullo hominum haberent nequam societatis ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione roob. Quam rursu extruentes habitauerunt in ea. uocato nomine ciuitatis dan. iuxta uocabulum patris sui quem genuerat israhel: que prius lachis dicebatur. Posueruntque sibi sculptile; et ioatham filium gerſan filij moysi. ac filios eius sacerdotes in tribu dan: usque ad diem captiuitatis sue. Mansitque apud eos ydolum miche: omni tempore quo fuit domus dei in sylo. In diebus illis. non erat rex in israhel. **XIX**

Fuit quidam uir leuitas habitans in latere montis effraym: qui accepit uxorem de bethleem uida. Que reliquit eum: et reuisa est in domum patris sui bethleem.

Mansitque apud eum: quatuor mensibus. Secutus est eam uir suus uolens ei reconciliari atque blandiri et secum reducere: habens in comitatu puerum et duos asinos. Que suscepit eum: et introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer eius eumque uidisset: occurrit ei letus. et amplexatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus: comedens et bibens cum eo familiariter. Die autem quarto de nocte consurgens: proficisci uoluit. Quem tenuit socer: et ait ad eum. Gusta prius pauculum panis. et conforta stomachum: et sic proficisceris. Sederuntque simul: et comederunt ac biberunt. Dixitque pater puelle: ad generum suum. Quoſo te ut hodie hic maneas: pariterque letemur. At ille consurgens cepit uelle proficisci: et nichilominus obnixus eum socer tenuit: et apud se fecit manere. Mane autem facto: parabat leuitas iter. Cui socer rursu. Obsecro inquit ut paululum cibi capias: et assumptis uiribus donec increſcat dies. postea proficiscaris. Comederunt ergo simul. Surrexitque adolescens: ut pgeret cum uxore sua et puero. Cui rursum locutus est socer. Considera quod dies ad occasum declinior sit: et propinquet ad uespam. Mane apud me etiam hodie. et duc letum diem: et cras proficisceris ut uadas in domum tuam. Uoluit gener acquiescere sermionibus eius: sed statim prexit

et uenit contra iebus. que altero
 noie uocabatur iherlm. ducens se
 cum duos asinos onustos. et con
 cubinā. Jamq; aderant iuxta ie
 bus: et dies mutabatur in noctē.
 Dixitq; puer ad dñm suū. Veni
 obsecro declinemus ad urbem ie
 buzeoy. et maneamus i ea. Cui
 respondit dñs. Non ingrediar op
 pidum gentis aliene. que n̄ est de
 filijs isrl. sed transibo usq; gabaa.
 Et cum illuc puenero manebim
 in ea: aut certe in urbe rama. **m.**
 Transierunt ergo iebus. et cep
 tum carpebant iter. Occubuitq;
 eis sol iuxta gabaa. que ē in tri
 bu beniamin. Diuiteruntq; ad
 eam: ut manerent ibi. Quo cum
 intrasset. sedebant in platea ciui
 tatis: et nullus eos recipere uo
 luit hospicio. Et ecce apparuit ho
 mo senex. reitrens de agro et de
 opere suo. uespr; qui et ip̄e erat
 de monte effraym. et pegrinus
 habitabat in gabaa. Homines
 aut̄ regionis illius. erant filij te
 mini. Eleuatisq; oculis uidit se
 nex sedentē hōiem cū sarcinulis
 suis in platea ciuitatis: et dixit
 ad eum. Unde uenis. et quo ua
 dis. Qui respondit ei. Profecti
 sumus de bethleem iuda: et pgi
 mus ad locum n̄m qui est in la
 tere montis effraym. unde iera
 mus bethleem. Et nūc uadimus
 ad domū dei: nullusq; sub tectū
 suū nos uult recipere. habentes pa
 leas et fenum in asinoy pabulū:

et panem et uinū in meos ⁊ ancil
 le tue usus. et pueri qui mecū est.
 Nulla re indigemus nisi hospicio.
 Cui respondit senex. Pax tecū sit.
 Ego p̄bebo omīa que necessaria
 sunt: tantum queso ne in platea
 maneat. Introduxitq; eum in do
 mū suam: et pabulum asinis p̄
 buit. At postqm̄ lauerunt pedes
 suos: recepit eos in conuiuū. Illis
 epulantib; et post laborē itineris
 cibo ac potu reficientib; corpora;
 uenerunt uiri ciuitatis illius filij
 belial id est absq; iugo: et circum
 dantes domū senis. fores pulsare
 cepunt: clamantes ad dñm dom?
 atq; dicentes. Educ uirum qui in
 gressus ē domū tuam: ut abuta
 mur eo. Egressusq; ē ad eos senex:
 et ait. Nolite fr̄es nolite facere ma
 lum hoc: quia ingressus est homo
 hospiciū meū: et cessate ab hac stul
 ticia. Habeo filiam uirginē. et hic
 homo habet concubinam; educā
 eas ad uos ut humilietis eas. et
 urām libidinem cōpleatis: tantū
 obsecro ne scelus hoc contra natu
 ram opemini in uirū. Solebant
 acquiescere sermonib; eius. Qd̄
 cernens homo eduxit ad eos con
 cubinā suam: et eis tradidit illu
 dendā. Qua cū tota nocte abusi
 eēt: dimiserunt eam mane. At
 mulier recedentib; tenebris uenit
 ad ostiū domus. ubi manebat do
 minus suus: et ibi corruit. Mane
 facto surrexit homo. et apuit osti
 um ut ceptam expleret uiam: et

ecce concubina eius iacebat ante
 ostium sparsis in limine manibz.
 Cui ille putans eam quiescere loq̄
 batur. Surge ut ambulem? Qua
 nichil respondente; intelligens qd̄
 erat mortua tulit eam. et imposu
 it alino. reuisusq; est in domū suā.
 Quā cum eēt ingressus. arripuit
 gladiū; et cadauer uxoris cū ossibz
 suis in duodecim partes ac frustra
 concidens. misit in om̄s t̄minos
 isrl̄. Qd̄ cum uidissent singuli. cō
 clamabāt. Numquā res talis fca
 est in isrl̄. ex eo die quo ascenderūt
 patres nr̄i de egipto. usq; in pre
 sens tempus. Ferte sententiā. et
 in cōmuni decernite. quid fr̄o opus
 gressi itaq; sunt. **XXII** sit.
 Om̄s filij isrl̄. et pariter cōgre
 gati quasi uir unus. de dan usq;
 bersabee. et terra galaad ad dñm
 in maspha. om̄sq; anguli poploz
 et cuncte tribus isrl̄ in ecclesiam po
 puli dei conuenerūt. quadringēta
 milia peditū pugnatōz. Hec latu
 it filios beniamin. qd̄ ascendisset
 filij isrl̄ in maspha. Interrogatusq;
 leuita maritus mulieris infecte.
 quom̄ tantum scelus perpetrātū
 esset. respondit. Veni in gabaā be
 niamin cū uxore mea. illucq; di
 uerti. Et ecce hoies ciuitatis illi.
 circūdederunt nocte domū in qua
 manebā. uolentes me occidere. et
 uxorem meā incredibili furore li
 bidinis uerantes. Deniq; mortua
 est. Quā arreptam. in frustra cō
 cidi. Misitq; partes in om̄s ternu

nos possessionis ur̄e. quia nūquā
 tantum nephas. et tam grande pi
 aculū fr̄m est in isrl̄. Adestis om̄s
 filij isrl̄. decernite quid facere de
 beatis. Stansq; om̄is pls. quasi
 unius hois sermone respōdit. Nō
 recedemus in tabnacula nr̄a; nec
 suam quisquā intrabit domū. sed
 hoc contra gabaā in cōmune faci
 emus. Decem uiri eligantur e cen
 tum ex om̄ibz tribubz isrl̄. et centū
 de mille. et mille de decem milibz.
 ut comportent exercitui cibaria.
 et possimus pugnantes contra ga
 baa beniamin reddere ei pro scele
 re qd̄ meretur. Conuenitq; unū
 sus isrl̄ ad ciuitatem q̄si homo
 unus. eadem mente unoq; consi
 lio. Et miserunt nūcios ad omnē
 tribum beniamin. qui dicerent.
 Cur tantū nephas in uobis reper
 tum ē. Tradite hoies de gabaā
 qui hoc flagitium ppetrarunt. ut
 moriantur. et auferatur malū de
 isrl̄. Qui noluerunt fratrum suoz
 filioz isrl̄ audire mandatū; sed ex
 cunctis urbibz que sortis sue erant.
 conuenerunt in gabaā ut illis fer
 rent auxiliū. et contra unūsum
 plm̄ isrl̄ dimicarent. Inuentiq; s̄t.
 uiginti quinq; milia de beniamin
 educentiū gladiū; p̄ter habitatoz
 gabaā qui septingenti erant uiri
 tis: et uenit usq; maresa. Porro
 asa prexit obuiam: et instruxit a
 ciem ad bellū. in ualle sophatā q̄
 est iuxta maresa: et inuocauit do
 minū dñm. et ait. Dñe. non ē apud
 te ulla distantia: uctū in paucis
 auxiliieris an in plurib;. Adiuua
 nos dñe d̄s nr̄. In te enī et in tuo
 nōie habentes fiducia: uenimū
 contra hanc multitudinē. Dñs

ds n̄ tu es: nō p̄ualeat contra te homo. Exterruit itaq; dñs ethyopes: coram asā et iuda. Fugeruntq; ethyopes: et p̄secutus est eos asā et p̄ls qui erat cum eo usq; gerar. et ruerunt ethyopes usq; ad mētionē: quia dño cedente contriti s̄. et exercitu illius p̄liante. Tulerūt q̄ spolia multa: et p̄cusserunt om̄s ciuitates p̄ circuitū gerare. Grandis quippe terror: cūctos inuaserat. Et diripuerunt om̄s urbes: et multā p̄dam asportauerūt. S; et caulas ouū destruētes. tulerūt pecorū infinitā multitudinē. et camelorū: reūsiq; sunt in ierlm̄. **XV**

Azarias autē filius oded. factus in se spū dei. egressus est in occursum asā: et dixit ei. Audite me: asā et om̄s iuda et beniamin. Dñs uobiscū: quia fuistis cum eo. Si quesieritis eū: inuenietis. Si autē dereliqueritis eū: derelinquet uos. Transibūt autē dies multi in isrl̄: absq; deo uero. et absq; sacerdote et doctore. et absq; lege. Cumq; reuerſi fuerint in angustia sua: et ad dñm dñm isrl̄. et quesierint eū: reperient eum. In illo tempe nō erit pax egredienti et ingredienti: sed terrores undiq; in cūctis habitatorib; terrarū. Pugnabit enim gens contra gentē. et ciuitas contra ciuitatem: q̄a dñs conturbabit eos ī omni angustia. Vos autē confortamini. et nō dissoluantur manū uſtē: erit enim merces op̄i uſtē. Quod cū audisset asā ūba scilicet et p̄phiam

azariē filij oded. p̄phē confortatus ē. et abstulit ydola de omni t̄ra iuda et beniamin. et ex urbib; quas cepat montis effraim: et dedicauit altare dñi. quod erat ante porticū domus dñi. Congregauitq; uniuersū iudam et beniamin: et aduenas cū eis. de effraim et de manasse et de symeon. Plures enim confugerāt ad eū ex isrl̄: uidentes qd̄ dñs ds̄ illi eēt cū eo. Cumq; uenissent ierlm̄ n̄se tertio. anno quidodectimo regni asā: immolauerūt dño in die illa. de manubys et p̄da quam adduxerant. boues septingentos. et arietes septē milia. Et intrauit ex more ad corroborandū fectus: ut quererent dñm dñm patrū suorū. in toto corde et in tota anima sua. Siquis autē si quesierit inq̄t dñm dñm isrl̄: moriatur a minimo usq; ad maximū. a uiro usq; ad mulierē. Iuraueruntq; dño uoce magna in iubilo et in clangore tube et in sonitu buccinarū. om̄s qui erant in iuda: cū execratione. In omni enim corde suo iurauerūt: et in tota uoluntate quesierunt eum: et inuenērūt. Prestititq; eis dñs requiē: p̄ circuitū. S; et maacham matrē asā regis. ex augusto deposuit impio: eo qd̄ fecisset in lico simulachrū priāpi. Qd̄ omne contriuit: et in frustra cōminuens. cōbussit in torrentē cedron. Excelsa autē: derelicta sunt in isrl̄. Attam̄ cor asā erat p̄fectū: cūctis dieb; eius. Ea que uouerat pat̄ suus. et ip̄e intulit in domū dñi: argentū et aurum. uasorūq; dñi sam

suppellectile. Bellum uero non fuit: usque
ad tricesimum annum regni asa. **XVI**

Anno autem tricesimo sexto regni
eius. ascendit baasa rex israhel in
iudam: et muro circumdabat rama. ut
nullus tunc posset egredi et ingredi
de regno asa. Prulit autem asa argentum
et aurum de thesauris domus domini. et de
thesauris regis: misitque ad benadab
regem syrie qui habitabat in damas-
co. dicens. Fedus inter me et te est.
Pater quoque meus et pater tuus: habue-
runt concordiam. Quam ob rem misi
tibi argentum et aurum: ut rupto
federe quod habes cum baasa rege israhel
facias eum a me recedere. Quo con-
perto: benadab misit principes exer-
citus suorum ad urbes israhel. Qui percus-
serunt ahion. et dan. et abelmaim:
et uniuersas urbes muratas nephtalim.
Quod cum audisset baasa. desinit
edificare rama: et inuenit opus suum.
Porro asa rex assumpsit uniuersum
iudam: et tulerunt lapides de rama
et ligna. que edificationi prepa-
rauerat baasa: edificauitque ex eis
gabaam et maspha. In tempore illo
uenit anani propheta ad asa regem iuda:
et dixit ei. Quia habuisti fiduciam
in rege syrie. et non in domino deo tuo:
idcirco euasit syrie regis exercitus
de manu tua. Nonne ethiopes et ly-
bies multo plures erant quadrigis
et equitibus: et multitudine nimia.
Quos cum domino credidisses: tradidit
in manu tua. Oculi enim domini con-
templantur uniuersam terram. et pre-
sentent fortitudinem hys qui corde p-

fecto credunt in eum. Stulte igitur egisti:
et propter hoc etiam presentem tempore aduersi
te bella consurgunt. Iratusque est asa
aduersus uidentem: et uisit eum mita
in neruum. Valde quippe super hoc
fuit dominus indignatus: et interfecit de
populo in tempore illo plurimos. Opera
autem asa prima et nouissima: scripta
sunt in libro regum iuda. et israhel. C-
grotauit autem asa anno tricesimo
nono regni sui. dolore pedum uehe-
mentissime: et nec in infirmitate que
fuit dominum: sed magis in medicorum
arte confusus est. Dormiuitque asa cum
patribus suis. et mortuus est anno quod
dragesimo regni sui: et sepelitur
eum in sepulchro suo. quod fecerat sibi
in ciuitate dauid. Posueruntque eum
super lectum suum plenum aromatibus
et unguentis meretricis. que erant
pigritatis arte confecta: et com-
bussit super eum ambitione nimia.

Regnauit autem iosa. **XVII**
Raphat filius eius pro eo: et inua-
luit contra israhel. Constituitque militem
numeros in cunctis urbibus iuda. que
erant uallate muris: presidiaque dis-
posuit in terra iuda. et in ciuitatibus
effraim: quas cepit asa pater eius. Et
fuit dominus cum iosaphat. qui ambulauit
in uis dauid patris sui primis: et non
spauit in baalim. sed in deo patris sui:
et precepit in preceptis illius. et non iuxta
peccata israhel. Confirmauitque dominus
regnum: in manu eius. Et dedit omnia
iuda munera iosaphat: factique sunt
et infinite diuitie et multa gloria.
Cumque sumpsisset cor eius audaciam

pro uias dñi: etiã excelsa et lucos
de iuda abstulit. Tercio autē anno
regni sui misit de pñcipib; suis be
nail. et abdiam. et zachariam. et na
thanael. et mycheam ut docerent
i ciuitatib; iuda: et cū eis leuitas.
semeriam. et nachaniam et zaba
diam. asahel quoq; et semiramoth.
et ionathan. adoniamq; et robiam.
et chobadoniam leuitas. et cū eis ely
sama. et iozain sacerdotes. Docebātq;
poplū in iuda. habentes librum legis
dñi: et circuibant cunctas ciuitates
iuda: atq; erudiebant poplū. Itaq;
frūs ē pauor dñi sup omnia regna
terraz que erant p gērum iuda: nec
audebant bellare cōtra iosaphat.
Et philistei iosaphat munera de
ferebant: et uectigal argenti. Ara
bes quoq; adducebāt pecora: arietū
septem milia septingentos. et hircos
totidem. Creuit q; iosaphat. et mag
nificatus ē usq; in sublime: atq; edi
ficauit in iuda domos ad instar tur
rū urbesq; muratas: et multa opa
pauit in urbib; iuda. Viri quoq; bel
latores et robusti erant in ierim: qz
iste ē numerus p domos atq; famili
as singulor. In iuda pñceps exercitū
ednas dux: et cū eo robustissimi uiri
trecenta milia. Post hunc iohannā
pñceps: et cū eo ducenta octoginta
milia. Post istum q; amasias filiū
zechiri. consecratus dño: et cum eo du
centa milia uiror fortū. Hunc
sequebatur robustus ad p̄ta elhada:
et cū eo tenentiū arcum et clipeum
ducenta milia. Post istū etiam iosa

phat: et cū eo centū octoginta milia
expeditoy milicū. Hy omīs erant ad
manū regis: exceptis alijs q; ipso
suerat in urbib; muratis. et in uni

uerso iuda. **XVII**

Igitur iosaphat diues et
inlicitus multū: et affinitate con
iunctus ē achab. Descenditq; post
annos. ad eum: in samariā. Ad cui
aduentū mactauit achab arietes
et boues plurimos: et poplō qui ue
nerat cū eo. P̄suasitq; illi: ut ascen
deret in ramoth galaad. Dixitq; a
chab rex isrl: ad iosaphat regem
iuda. Veni mecum: in ramoth gala
ad. Cui ille respondit. Ist ego et tu
facit poplō tuus sic et poplō m̄s: tecūq;
erimus in bello. Dixitq; iosaphat:
ad regem isrl. Consule obsecro in p̄
sentiay. sermonē dñi. Congregauit
igitur rex isrl. poplō quadringētos
uiros: et dixit ad eos. In ramoth ga
laad ad bellandū ire debemus; an
quiescere. At illi. Ascendite inquit:
et tradet d̄s in manu regis. Dixitq;
iosaphat. Numquid nō est hic p̄phetes
dñi. ut ab illo etiã requiramus. Et
ait rex isrl: ad iosaphat. Est uir un
a quo possum querere dñi uolunta
tem: s; ego odi eum: quia nō p̄phat
m̄ bonum s; malū. omni temp̄. Est
autē mycheas. filiū iemla. Dixitq; ei
iosaphat. Ne loquāris rex. hoc modo.
Locauit q; rex isrl unū de eunichis:
et dixit ei. Uoca cito mycheam. filiū
iemla. Porro rex isrl et iosaphat rex
iuda. uterq; sedebat in solio suo: uel
tici cultu regio. Sedebāt autē in area

173
iuxta portam samarie: omnesq; pphē
uaticinabantur corā eis. Sedechias
uō filius chanana fecit sibi cornua
ferrea: et ait. Hec dicit dñs. Hys uē
tilabis syriam: donec conteras eā.
Omnesq; pphē uaticinabātur simi
liter: atq; dicebāt. Ascende in ra
moth galaad. et psperaberis: et tra
det dñs eos in manu regis. Hunc
autē qui ierat ad uocandū mycheā:
ait illi. En ūba omnium pphetarū:
uno ore bona annuntiant regi.
Queso g̃ te. ut sermo tuus ab eis
n̄ dissentiat: loquarisq; prospera.
Cui respondit mycheas. **U**iuu
dñs: quia q̄cumq; dixerit dñs
m̄s. hoc loquar. **V**enit g̃ ad regē.
Cui rex ait. Mycheā. ire debemus
in ramoth galaad ad bellandū an
quiescere. Cui ille respondit. **A**s
cendite: cuncta enim pspera eue
nient: et tradentur hostes in ma
nus ur̄as. **D**ixitq; rex. **I**terū atq;
iterū aduro te: ut n̄ loquaris in
nisi qd̄ uerum ē in noīe dñi. **A**t il
le ait. **V**idi uniuersum isrl̄ dispsum
in montib;: sicut oues absq; pasto
re. **E**t dixit dñs. **N**on habent isti
dños: reuertatur unusquisq; in do
mū suam in pace. **A**it rex isrl̄ ad
iosaphat. **N**onne dixi tibi. qd̄ nō
ppharet iste in quicquā boni sed
ea que mala sunt. **A**t ille. **I**ocitero
ait: audite ūbum dñi. **V**idi dñm
sedentē in solio suo: et omnē exer
citurum celi assistentē ei a dextris ⁊
a sinistris. **E**t dixit dñs. **Q**uis de
cipiet achab regem isrl̄. ut ascen

dat et corruat in ramoth galaad.
Cumq; diceret unus hoc modo. et
alter alio; processit sp̄s et stetit corā
dño: et ait. **E**go decipiam eū. **C**ui
dñs. **I**n quo igitur decipies. **A**t ille
respondit. **E**grediar: et ero spiritus
indax in ore omnium ppharū eius. **D**i
xitq; dñs. **D**ecipies: et p̄ualebis. **E**
gredere et fac ita. **H**unc igitur ecce
dedit dñs sp̄m indax in ore omnium
ppharū tuorū: et dñs locutus ē de te
mala. **A**ccessit autē sedechias filius
chanana. et percussit mychee maxil
lam: et ait. **P**ropter quā uia transiit
sp̄s dñi a me. ut loqueretur tibi. **D**i
xitq; mycheas. **T**u ip̄e uidebis in
illo die: quando ingressus fueris
cubiculū de cubiculo. ut absconda
ris. **P**recepit autē rex isrl̄: dicens.
Tollite mycheam. et ducite eū ad
amon principem ciuitatis. et ad ioas
filium amelech: et dicetis. **H**ec dicit
rex. **M**ittite hunc in carcerē: ⁊ date
ei panis modicū et aque pauxillū:
donec reuertar in pace. **D**ixitq; my
cheas. **S**i reuersus fueris in pace: n̄
est dñs locutus in me. **E**t ait. **A**u
dite om̄s ppli. **I**gitur ascenderunt
rex isrl̄ et iosaphat rex iuda: in ra
moth galaad. **D**ixitq; rex isrl̄ ad io
saphat. **M**utabo habitum. et sic ad
pugnandū uada: tu autē induere
uestib; tuis. **M**utatoq; rex isrl̄ ha
bitu. uenit ad bellum. **R**ex autē syrie
p̄cepit ducib; equitatus sui: di
cens. **N**e pugnetis contra minimū
aut contra maximū: nisi contra so
lum regem isrl̄. **I**taq; cū uidissent

pncipes equitat' iosaphat: dixerunt.
 Rex isrl' est iste. Et circumdederunt eum:
 dimicantes. At ille clamauit ad do-
 minum; et auxiliatus est ei: atq; auertit
 eos ab illo. Cum enim uidissent duces
 equitatus qd non esset rex isrl': reliq-
 runt eum. Accidit autem ut unus e' ipso
 in incertu sagitta iaceret: et paute-
 ret regem isrl' in ceruicem et scapu-
 las. At ille aurige suo ait. Converte
 manu tuam. et edue me de acie: quia
 uulneratus sum. Et finita est pugna:
 in die illo. Porro rex isrl' stabat in
 curru suo contra syros usq; ad uel-
 yam: et mortuus est occidente sole.

Reisus est autem iosaphat. **XLIX**
 Rex iuda in domu suam paci-
 fice: in ierlm. Cui occurrit iheu fili-
 anani uidens: et ait ad eum. Impro-
 auxiliu prebes: et hys qui oderunt
 dnm amicitia iungaris. Et idco
 iram quidem dnm merebaris: sed
 bona opa inuenta sunt in te: eo qd
 abstuleris lucos de terra iuda: et
 paraueris cor tuu ut requireres
 dnm dnm patrum tuor. Habitauit
 g' iosaphat: in ierlm. Rursumq; e-
 gressus est ad pplm de bersabee usq;
 ad monte effraim: et reuocauit eum
 ad dnm dnm patru suor. Constitu-
 itq; iudices terre in cunctis ciuita-
 tib; iuda munitis: p singula loca.
 Et sapiens iudicib; uidete ait
 quid faciatis. Non enim hois exer-
 cetis iudiciu s' dnm: et quodcumq;
 iudicaueritis. in uos redundabit.
 Sit timor dnm uobiscu: et cu dili-
 gentia cuncta facite. Non est enim

apud dnm dnm nrm iniquitas. neq;
 psonar acceptio: nec cupido mune-
 ru. In ierlm quoq; iosaphat consti-
 tuit leuitas et sacerdotes et pncipes
 familiar' ex isrl': ut iudiciu et cau-
 sam dnm iudicarent habitatorib; et.
 Precepitq; eis: dicens. Sic ageris
 in timore dnm fidelit: et corde pfecto.
 Omne causam que uenerit ad uos
 frum uror qui habitant in urbib;
 suis in cognatione et cognatione:
 ubicumq; questio est de lege. de man-
 dato. de ceremonijs. de iustificatio-
 nib; ostendite eis ut no peccent i
 dnm: et ne ueniat ira sup uos et su-
 per patres uror. Sic g' agentes: no
 peccabitis. Amarias aut sacerdos et
 pontifex ur: in hys que ad dnm pti-
 nent psidebit. Porro zabachias fili-
 ysmahel qui est dux in domo iuda:
 sup ea opa erit que ad regis officiu
 pminent. Habetisq; magistros leui-
 tas: coram uobis. Confortamini. et
 agite diligent: et erit dnm uobiscu.

Post hec congregati sunt filij moab et filij a-
 mon et cu eis de ydumeis ad iosa-
 phat: ut pugnaret contra eum. Ve-
 neruntq; nuntij: et indicauerunt io-
 saphat. dicentes. Venit contra te
 multitudo magna de hys locis que
 transmare sunt: et de syria: et ecce co-
 sistunt in asafonthamar que est en-
 gaddi. Josaphat aut timore pterruit:
 totum se con- tulit ad rogandu do-
 minu: et pdicauit ieiunium uniuerso
 iuda. Congregatusq; est iuda ad p-
 candu dnm: s' et oims de urbib; suis

uenerit ad obsecrandū eum. Cūq;
 steterit iofaphat ī medio ceterū uide
 et iherlm̄ in domo dñi ante atrium
 nouū: ait. Dñe d̄s patrum nr̄oz tu
 es d̄s in celo: et dñaris cunctis reg
 nis gentiū. In manu tua est forti
 tudo et potentia: nec quisq; potest
 tibi resistere. Nonne tu d̄s nr̄ inter
 fecisti om̄s habitatores terre hui?
 coram pp̄lo tuo isrl̄. et dedisti eam
 femini abrahā amici tui in sem
 pitnū: Habitauerūtq; in ea: et
 extruxerūt in illa sc̄uarum nōi
 tuo. dicentes. Si uenerint sup nos
 mala. gladius iudicij pestilentie
 et fames. stabim̄ coram domo hac
 in conspectu tuo in qua inuocātū
 ē nom̄ tuū. et clamabim̄ ad te in
 tribulationib; nr̄is: et exaudies
 nos saluosq; facies nos. Hunc iḡ
 ecce filij amon et moab et mons
 seir. p quos nō concessisti filijs isrl̄
 ut transirent quando egrediebant
 de egipto. s; declinauerunt ab eis.
 et non interfecerūt illos: e contrario
 agunt. et enituntur eicere nos de
 possessione quā tradidisti nobis
 d̄s nr̄. Ergo nō iudicabis eos? In
 nobis quidem n̄ est tanta fortitudo:
 ut possimus huic multitudini re
 sistere. que irruit sup nos. S; cū iḡ
 nozem̄ quid agere debeamus: hoc
 solum habemus residuū. ut oculos
 nr̄os dirigam̄ ad te. Omnis uero iuda
 stabat coram dño: cū paruulis
 uxori; et liberis suis. Erat autē ia
 zihel filius zacharie filij banaiē fi
 lij iherel filij machaniē. leuites. de

filij asaph: sup quē factus ē sp̄s dñi
 in medio turbe. Et ait. Attendite
 om̄s iuda. et qui habitatis in ierlm̄:
 et tu rex iofaphat. Hec dicit dñs uo
 bis. Nolite timere: nec paueritis hac
 multitudinē. Non ē enim ur̄a pug
 na: s; dei. Cras descendetis contra
 eos: ascensuri enī sunt p̄cliuū noie
 sis: et inuenietis illos in sūmitate
 torrentis. qui ē contra solitudinem
 hieruhel. Non enī eritis uos qui
 dimicabitis: s; tantūm cōfident̄
 state: et uidebitis auxiliū dñi sup
 uos. Quidam et iherlm̄ nolite timere
 nec paueritis: cras egrediemini cō
 tra eos: et dñs erit uobiscū. Iofaphat
 ḡ et iuda et om̄s habitatores ierlm̄
 ceciderunt p̄m̄ in terrā coram dño:
 et adorauerūt eū. Porro leuite de fili
 is caath et de filijs chore: laudabāt
 dñm̄ dñi isrl̄ uoce magna in excessū.
 Cumq; mane surrexissent: egressi
 sunt p̄ desertum thecūe. P̄fectisq;
 eis: stans iofaphat ī medio eoz dixit.
 Audite me iuda: et om̄s habitatores
 ierlm̄. Credite in dño deo ur̄o: et se
 curi eritis. Credite pp̄his ei: et cūtra
 euenient p̄spera. Declitq; consiliū
 pp̄lo: et statuit cantores dñi ut lau
 darent eū in turmis suis. et antece
 derent exercitū: ac uoce cōsona di
 cerent. Confitemini dño: qm̄ ineter
 nū misericordia eius. Cumq; cepissent
 laudes canere: uertit dñs insidias
 eoz in semetip̄os. filioz scilicet amon
 et moab et montis seir. qui egressi
 fuerant pugnare cōtra iudam: et p̄
 cussi sunt. Namq; filij amon et moab

consurrexerunt aduersum habitatores
 montis seir: ut interficerent et deleterent
 eos. Cumque hoc opere petraissent: e-
 tiam in semetipsos uersi. mutuis co-
 cidere uulneribus. Porro iuda cum ue-
 nisset ad speluncam que respicit soli-
 tudine. uidit pcul omnem late regio-
 nem plenam cadaueribus: nec supelle-
 quemquam qui necem potuisset euade.
Venit ergo iosaphat et omnes populi cum
 eo: ad detrahenda spolia mortuorum.
 Inueneruntque inter cadauera uariam
 suppellectilem. uestes quoque et uasa
 preciosissima: et diripuerunt: ita ut
 omnia portare non possent. Nec per tres
 dies spolia auferre potuerunt magni-
 tudine. Die autem quarta congregati
 sunt in ualle benedictionis. Item quoniam
 ibi benedixerunt domino: uocauerunt locum
 illum uallis benedictionis. usque in pre-
 sentem diem. Reuersusque est omnis uir
 iuda et habitatores ierusalem. et iosaphat
 ante eos in iherusalem. cum leticia
 magna: eo quod dedisset eis dominus gau-
 dium de inimicis suis. Ingressique sunt
 in iherusalem cum psalterijs et cytharis et
 tubis: in domum domini. Iruit autem pa-
 uor domini super uniuersa regna terrarum: cum
 audissent quod pugnasset dominus contra
 inimicos israel. **Q**uienit regnum iosaphat:
 et prebuit ei dominus pacem per cir-
 cuitum. Regnauit igitur iosaphat:
 super iudam. Et erat triginta quinque
 annorum cum regnare cepisset: iugenti
 autem et quinque annis regnauit in
 iherusalem. Et nomen matris eius azuba:
 filia selachi. Et ambulauit in uia
 patris sui asa. nec declinauit ab ea:

faciens quaecumque placita erant coram
 domino. Veruntamen excelsa non abstulit.
Et adhuc populus non direxerat cor suum:
 ad dominum deum patrum suorum. Reliqua
 autem gestorum iosaphat priorum et nouis-
 simorum. scripta sunt in libris iheru-
 filij anani: que digessit in libro re-
 gum israel. Post hec inuit amicitias
 iosaphat rex iuda cum ochozia rege
 israel: cuius opera fuerunt pessima. Et
 particeps fuit ut facerent naues
 que irent in tharsis: feceruntque clas-
 sem in asyongaber. **P**ropheta autem
 eliazer filius dodan de maresa. ad-
 iosaphat: dicens. Quia habuisti fe-
 dus cum ochozia. percussit dominus opera
 tua. Contriteque sunt naues. nec po-
 tuerunt ire in tharsis. **XXI**

Dormiunt autem iosaphat cum pa-
 tribus suis: et sepultus est cum
 eis in ciuitate dauid. Regnauitque io-
 ram filius eius: pro eo. Qui habuit
 fratres. filios iosaphat: azariam. iah-
 hel. et zachariam. et michael. et sa-
 phatiam. Omnis huiusmodi filij iosaphat.
 regis israel. Deditque eis pater suus
 multa munera auri et argenti. et
 pensationes: cum ciuitatibus munitis-
 simis in iuda. Regnum autem tradidit
 iooram: eo quod esset primogenitus. **S**ur-
 rexit autem iooram: super regnum patris
 sui. Cumque se confirmasset: occidit
 omnes fratres suos gladio. et quosdam de
 principibus israel. Triginta duorum annorum
 erat iooram cum regnare cepisset: et
 octo annis regnauit in ierusalem. **A**mbu-
 lauitque in uis regum israel: sicut
 egerat domus achab. **F**ilia quippe

achab: erat uxor eius. Et fecit malum: in conspectu domini. Soluit autem dominus disperdere domum dauid: propter pactum quod inierat cum eo: et quia promiserat ut daret ei lucernam et filios eius: in omni tempore. In diebus illis rebellauit edom: ne esset subditus iude: et constituit sibi regem. Cumque transisset iozabab cum principibus suis: et cuncto equitatu qui erat secum: surrexit nocte et percussit edom qui se circumdederat: et omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit edom: ne esset sub ditione iuda: usque ad hanc diem. Eo tempore et lobna recessit: ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dominum deum patrum suorum. Insuper excelsa fabricatus est in urbibus iuda: et fornicari fecit habitatores ierusalem: et puaricari iudam. Allate autem sunt ei littere ab helya propheta: in quibus scriptum erat. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Quia non ambulasti in uisus iosaphat patris tui: et in uias asae regis iuda: sed incessisti per iter regum israel: et fornicari fecisti iudam et habitatores ierusalem: imitatus fornicationem domus achab. Insuper et fratres tuos et domum patris tui meliores te occidisti: ecce dominus percussit te plaga magna cum populo tuo: et filiis tuis et uxoribus tuis: et uniuersa substantia tua. Tu autem egrotabis pessimo langore uteri: donec egrediantur uitalia tua paulatim per singulos dies. Suscitauit ergo dominus contra iozabab spiritum philistinorum et arabum: qui confines sunt ethio-

pibus. Et ascenderunt in terram iuda: et uastauerunt eam. Diruperuntque cunctam substantiam que in domo regis inuenta est: in super et filios eius et uxores. Nec remansit ei filius nisi ioachaz: qui nimum natus erat. Et super haec omnia: percussit eum dominus: alio dolore insanabili. Cumque dies succederet dies: et temporum spatia uoluerentur: duorum annorum expletus est circulus: et sic longa consumpsit tabe ita ut egereret etiam uiscera sua: langore parit et uita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima: et non fecit ei populi combustionis exequias: sicut fecerat maioribus eius. Triginta duorum annorum fuit cum regnare cepisset: et octo annis regnauit in ierusalem. Ambulauitque non recte. Et sepelierunt eum in ciuitate dauid: ueritatem non in sepulchro regum. **XXII**

Constituerunt autem habitatores ierusalem ochoziam filium eius nimum: regem pro eo. Omnes enim maiores natus qui ante eum fuerant: interfecerant latrones arabum: qui irruerant in castra. Regnauitque ochozias filius iozabab: regis iuda: filius quadraginta duorum annorum fuit ochozias cum regnare cepisset: et uno anno regnauit in ierusalem. Et nomen matris eius achalia: filia amri. Sed et ipse ingressus est per uiam domus achab: mater enim eius impulit eum ut ipse ageret. Fecit igitur malum in conspectu domini: sicut domus achab. Ipsi enim fuerunt ei consilium post mortem patris sui: in interitu eius.

Ambulantibus in consilijs eorum. Et p
 rexit cum iozabam filio achab rege isrl
 in bellum. contra azahel regem sy
 rie: in ramoth galaad. Vulneraue
 runtque syri iozabam. Qui reuulsus est ut
 curaretur in iezrahel: multas enim
 plagas accepit in supradicto certa
 mine. Igitur achazias filius iozabam
 rex iuda: descendit ut inuideret io
 zabam filium achab: in iezrahel egro
 tante. Voluntatis quippe fuit dei
 aduersum achaziam. ut ueniret ad
 iozabam: et cum uenisset. egredereetur cum
 eo aduersum iheiu filium namsi. quem
 unxit ds ut deleteret domum achab. Cum
 ergo eiret iheiu domum achab. in
 uenit principes iuda et filios fratrum
 ochozie qui ministrabant ei: et in
 terfecit illos. Ipseque perquirens ochoz
 iam. comprehendit latente in samaria:
 adductumque ad se. occidit. Et se
 pelierunt eum: eo quod esset filius iosa
 phat. qui quesierat dominum in toro corde
 suo. Nec erat ultra spes aliqua: ut
 de stirpe aliquis regnaret ochozie.
 Siquidem athalia mater eius. uidens
 quod mortuus esset filius suus: surrexit et
 interfecit omnem stirpem regiam domus
 iozabam. Porro iofabeth filia regis. tu
 lit ioas filium ochozie. et furata est
 eum de medio filiorum regis. cum interfi
 cerentur: absconditque eum cum nut
 rice sua in cubiculo lectulorum. Iosa
 beth autem que absconderat eum. erat
 filia regis iozabam. uxor ioiade ponti
 ficis. soror ochozie: et ideo non in
 terfecit eum athalia. Fuit ergo cum eis
 in domo dei absconditus sex annis:

quibus regnauit athalia super terram. **XXIII**
 Anno autem septimo **XXIII**
 confortatus ioiada. assumpsit
 centuriones. azariam uidelicet filium
 ieroam. ieroboam. et ysmahel filium io
 hannan. azariam quoque filium obed. et
 maasiam filium adarie. et elisaphat
 filium zechri: et inijt cum eis fedus.
 Qui circueuntes iudam. congrega
 uerunt leuitas de cunctis urbibus
 iuda. et principes familiarum isrl: uene
 runtque in ierusalem. Inijt igitur omnis
 multitudo pactum in domo domini: cum
 rege. Dixitque ad eos ioiada. Ecce filius
 regis regnabit: sicut locutus est dominus.
 super filios dauid. Iste est ergo sermo:
 quem facietis. Tercia pars uerum que
 ueniunt ad sabbim. sacerdotum et le
 uitarum et ianitorum. erit in portis: tertia
 uero pars ad domum regis: et tertia ad
 portam que appellatur fundamini.
 Omne uero reliquum uulgus sit in
 atrijs domus domini: nec quisquam ali
 ingredietur domum domini. nisi sacerdo
 tes. et qui ministrant de leuitis. Ipse
 tantummodo ingrediantur qui sanctifi
 cati sunt: et omne reliquum uulgus
 obseruet custodias domini. Leuite autem
 circumdant regem habentes singuli
 arma sua: et si quis alius ingressus
 fuerit templum interficiatur: sintque cum
 rege intrante et egrediente. Fecerunt
 igitur leuite et uniuersus iuda: iux
 ta omnia que precepit ioiada ponti
 fex. Et assumpserunt singuli uiros
 qui sub se erant: et ueniebant por
 dinem sabbim: cum hijs qui iam im
 pleuerant sabbim. et egressi erant.

principem: et dixit ei. Quare non fuit tibi cure ut cogeret leuitas inferre de iuda et de ierlm. pecuniam que constituta est a moysi seruo dñi. ut inferret eam ois multitudo isrl in tabernaculum testimonij. Archalia enim impissima et filij ei destruxerant domum dei: et de uniuersis que scificata fuerant templo dñi. ornauerat phanum baalim. Precepit ergo rex. et fecerunt archam: posueruntque eam iuxta portam dñi forinsecus. Et predicatum est in iuda et ierlm: ut deferrent singuli partem dño. quod constituit moyses seruus dei super omnem isrl in deserto. Letatiq; sunt cuncti principes et ois populus: et ingressi in uiderunt in archam dñi atq; miserunt. ita ut impletur. Cumq; tempus esset ut deferrent archam coram rege per manus leuitarum. uidebant enim pecuniam multam: ingrediebatur scriba legis. et quem primus sacerdos constituerat: effundebantque pecuniam que erat in archa. Porro archam reuertebant: ad locum suum. Sicq; faciebant: per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia: quam dederunt rex et ioiada his qui perant operibus domus dñi. At illi conducebant ex ea cesores lapidum et artifices operum singulorum. ut instaurarent domum dñi. fabros quoq; ferri et eris: ut quod cadere cepat fulciretur. Egerruntque hi qui operabantur industrie: et obducebatur parietum cetrax per manus eorum: ac suscitauerunt domum dñi in statum pristinum.

et firmam eam stare fecerunt. Cumq; compleissent omnia opera: detulerunt coram rege et ioiada reliquam partem pecunie: de qua facta sunt uasa repleta in ministerium et holocausta. phiale quoq; et cetera uasa aurea et argentea. Et offerebantur holocausta in domo dñi iugiter: cunctis diebus ioiade. Venit autem ioiada plenus dierum: et mortuus est. cum esset centum et triginta annorum. Sepelieruntque eum in ciuitate dauid cum regibus: eo quod fecisset bonum cum isrl: et cum deo: et cum domo eius. Postquam autem obiit ioiada. ingressi sunt principes iuda: et adorauerunt regem. Qui delinitus obsequijs eorum: acquieuit eis. Et dereliquerunt templum dñi dei patrum suorum: serueruntque lucas et scripturas. Et facta est ira contra iudam et ierlm: propter hoc peccatum. Attendebantque eis prophetas ut reuerterentur ad dñum: quos prestantes illi. audire uolebant. Spiritus itaque dñi induit zachariam filium ioiade sacerdotem. et stetit in conspectu populi. et dixit. Hec dicit deus. Quare transgredimini preceptum dñi quod uobis non prederit. et dereliquistis dñum ut derelinqueret uos. Qui congregati aduersus eum: miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus dñi. Et non est recordatus rex ioas misericordie quam fecerat ioiada pater illi secum: sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur: ait. Videat deus: et requirat. Cumq; euolutus esset annus: ascendit contra eum exercitus syrie. Venitque in

uidam et iherlm. et interfecit cunctos
 principes ppli: atq; uniuersam pdā mi-
 serunt regi damascū. Et certe cum
 ymodicus uenisset numerus syrorū;
 tradidit dñs in manib; eor; infini-
 tam multitudinē: eo qđ dereliquis-
 sent dñm dñm patrū suoz. In ioas
 qđ; ignominiosa exercuere iudicia:
 et abeuntes dimiserūt eū in languo-
 rib; magnis. Surrexerūt autē cōtra
 eum serui sui in ultionē sanguis
 filioz ioiade sacerdotis; et occiderūt
 eū in lectulo suo: et mortuus ē. Se-
 pelieruntq; eū in ciuitate dauid:
 s; nō in sepulchris regū. Insidiari-
 uō sunt ei zabath filius semath am-
 monitidis: et iozabath filius sema-
 rich moabitidis. Porro filij eius ac-
 sūma pecunie que adunata fuerat
 sub eo. et instauratio domi dei: scrip-
 ta sunt diligentius in libro regū.

Regnauit autē ama- **XXV**
 sias filius ei: p eo. Viginti
 quinque annoz erat amasias cū reg-
 nare cepisset: et uiginti nouē an-
 nis regnauit in iherlm. Non matris
 eius ioaden: de iherlm. Fecitq; bonū
 in conspectu dñi: ueruntam nō in
 corde pfecto. Cumq; roboratū sibi
 uideret imperiū: uigulauit seruos
 qui occiderūt regem patrē suū. S;
 filios eoz nō interfecit. sicut scriptū
 ē in libro legis moysi: ubi pcepit
 dñs. dicens. Non occidentur patrē
 p filijs; neq; filij p patrib; suis: s;
 uniusquisq; in peccato suo moriet.
 Congregauit igitur amasias iudā.
 et constituit eos p familias. tribu-

nosq; et centuriones. in uniuerso iudā.
 et beniamin: et recensuit a uiginti
 annis et sursum. Inuenitq; triginta
 milia iuuenū. qui egrederentur ad
 pugnā: et tenerent hastā et clipe-
 um. Mercede qđ; conduxit de israel
 centū milia robustoz: centū talen-
 tis argenti. Venit autē ad illū homo
 dei: et ait. Rex: ne egrediatur tecū
 exercitus isrl. Non ē enim dñs cū
 isrl: et cunctis filijs effraim. Qđ
 si putas in robore exercitus bella cō-
 sistere: superari te faciet dñs ab ho-
 stib; Dei quippe ē adiuuare: et in
 fugam uicere. Dixitq; amasias: ad
 hominē di. Quid g fiet de centum
 talentis. que dedi militib; isrl? Et
 respondit homo di. Habet dñs: un-
 de tibi dare possit multo hys plura.
 Sepauit itaq; amasias exercitum
 qui ueniat ad eum ex effraim: ut re-
 uerteretur in locū suū. At illi contra
 iudam uehementer irati: reuisi sūt in
 regionē suā. Porro amasias p̄sidentē
 eduxit pplm suū. et abiit in ualle
 salinay: percussitq; filios seir. decem
 milia. Et alia decem milia uirozū
 cepunt filij iudā. et adduxerūt ad
 p̄ruptum cuiusdam petre: p̄cipitaueruntq;
 eos de summo in p̄ceps: qui
 uniuersi crepuerūt. At ille exercitus
 quē remiserat amasias ne secum
 iret ad plium; diffusus ē in ciuita-
 tib; iudā a samaria usq; berthoron:
 et interfecit trib; milib;. dirupit p̄-
 dam magnā. Amasias quoq; post
 cedem ydumeoz. et allatos deos fi-
 lioz seir. statuit eos in deos sibi.

et adorabat eos: et illis adolebat in censu. Quā obrem iratus dñs cōtra amasiām: misit ad illum ppham. q̄ diceret ei. Cur adorasti deos. qui nō libauerunt pplm suū de manu tua. Cum hec ille loqueretur: respondit ei. Num consiliarius regis es? Qui esce: ne inficiam te. Discedensq; p pheta. scio inquit qd̄ cogitauerit dñs occidere te. q̄ fecisti hoc malū. et insup nō acquieuisi p̄silio meo. Igitur amasiās rex iuda inuito consilio pessimo. misit ad ioas filiū ioachaz filij iheū regem isrl: dicens. Veni: uideamus nos mutuo. At ille remisit nuntios: dicens. Carduus q̄ est in lybano misit ad cedrum lybani: dicens. Da filio meo filiam tuā uxorem. Et ecce bestie que erant in filua lybani transierūt: et concideauerunt carduū. Dixisti; percussisti edom: et idcirco erigitur cor tuū in supbia. Sede in domo tua. Cur malū adūsum te puocas. ut cadas tu et iudas tecum? Soluit audire amasiās: eo qd̄ dñi eet uoluntas ut traderetur in manus hostiū. pp̄ deos edom. Ascendit ḡ ioas rex isrl: et mutuos sibi p̄buere conspectus. Amasiās autē rex iuda erat in bechfames iude. Corruit q; iudas corā isrl: et fugit in tabnacula sua. Porro amasiām regē iuda filium ioas. filij ioachaz cepit rex isrl in bechfames: et adduxit in ierlm. Destruixitq; muros ei. a porta effraim usq; ad portam anguli: quadri gentis cubitis. Omne quoq; aurū et argentū. et uniuersa uasa que rep

perit in domo dñi. et apud oberledom. in thesauris autē domus regie. nec nō et filios obsidum: reduxit in samariā. Vixit autē amasiās filius ioas rex iuda postquā mortuus est ioas filius ioachaz rex isrl: quindecim annis. Reliqua uō sermonū amasiē priorū ac nouissimorū: scripta sunt in libro regum iuda et isrl. Et postquā recessit a dño: tetenderūt ei insidias in ierlm. Cumq; fugisset lachis: miserunt et interfecerūt eū ibi. Reportantesq; sup equos: sepeherunt eū cum patrib; suis in ciuitate dauid.

Omnis autē p̄ls iuda filiū euzoriam annoꝝ sedecim constituit regem: p̄ patre suo amasiā. Ip̄e edificauit abilath. et restituit eam ditioni iude: postquā dormiuit rex cum patrib; suis. Sedecim annoꝝ erat orias cum regnare cepisset: et quinquaginta duob; annis regnauit in ierlm. Nom̄ matris eius hiecheliā: de ierlm. Fecitq; qd̄ erat rectum in conspectu dñi. iuxta omnia que fecerat amasiās pater ei: et exquisiuit dñm in dieb; zacharie intelligētis. et uidentis dñm. Cumq; requireret dñm: direxit eū in omnib; Deniq; egressus ē. et pugnauit contra philistinim: et destruxit murū gēth. et murū iabnie. murūq; azoti. Edificauitq; oppida in azoto et philistinim: et adiunxit eū d̄s contra philistinim. et contra arabas qui habitabant in gurbaal. et contra ammonitas. Impendebantq; ammonite:

munera ozie. Et divulgatum est nomen eius usque ad introitum egypti: propter crebras uictorias. Edificauitque ozias turres in iherusalem super portam anguli. et super portam uallis. et reliquas in eodem muri latere. firmauitque eas. Extruxitque etiam turres in solitudine; et effudit cisternas plurimas. eo quod haberet multa pecora: tam in campestribus quam in heremi ualitate. Vineas quoque habuit et uinitores in montibus; et in carmelo. Erat quippe homo agriculture deditus. Fuit autem exercitus bellator et qui predebant ad prelia: sub manu hehithel scribe maasietque doctoris. et sub manu ananie qui erat de duobus regis. Similiterque numerus principum per familias uirorum fortium. quinquaginta duum milium sexcentorum; et sub eis uinitus exercitus trecentorum et septem milium quingentorum. qui erant apti ad bellum: et per regem contra aduersarios dimicabant. Preparauitque eis ozias id est cuncto exercitu. clipeos et hastas. et galeas et loricas. arcusque et fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in iherusalem diuisi generis machinas. quas in turribus collocauit et angulis muroy: ut mitteret sagittas. et saxa grandia. Egrediumque est nomen eius procul: eo quod auxiliaretur ei dominus. et corroborasset illum. Sed cum roboratus esset. eleuatum est cor eius in interitum suum: et neglexit dominum deum suum. Ingressusque templum domini: adolere

uoluit incensum super altare thymamatis. Statimque ingressus est post eum azarias sacerdos. et cum eo sacerdotes domini octoginta uiri fortissimi: restiteruntque regi. atque dixerunt. Non est tui officii ozia ut adoleas incensum domino; sed sacerdotum hoc est filiorum aaron: qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere de sanctuario. ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam a domino deo. Iratusque est ozias: et tenens in manu thuribulum ut adoleret incensum. minabat sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo domini: super altare thymamatis. Cumque respexisset eum azarias pontifex et omnes reliqui sacerdotes: uiderunt lepram in fronte eius: et festinato expulerunt eum. Sed et ipse preterit accelerauit egredi. eo quod sensisset ilico plagam domini. Fuit igitur ozias rex leprosus usque ad diem mortis sue; et habitauit in domo separata plenus lepra: ob quam eiecitus fuerat de domo domini. Porro ioathan filius eius rexit domum regis: et iudicabat populum terre. Reliqua autem sermonum ozie priorum et nouissimorum: scripsit ysaias filius amos propheta. Dormiuitque ozias cum patribus suis; et sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum: eo quod esset leprosus. Regnauitque ioathan filius eius: pro eo. **XXVII**

Quinquaginta quoque annorum erat ioathan cum regnare cepisset: et sedecim annis regnauit in ierusalem. Nomen matris eius iherusa: filia

sadoch. Fecitq; qd' rectum erat corā
 dño. iuxta omnia que fecerat orias
 pater eius: excepto qd' nō ē ingressus
 templū dñi: et adhuc ppls delinq̄
 bat. Ip̄e edificauit portam domus
 dñi excellam: et in muro ophel mul
 ta construxit. **A**rbes q̄q; edificauit
 ī montib; iuda: et in saltib; castella
 et turres. Ip̄e pugnauit contra regē
 filioꝝ amon: et uicit eū. Dederūtq;
 ei filij amon in tempe illo centū ta
 lenta argenti: et decem milia choros
 ordi et totidem tritici. **H**ec ei p̄bue
 runt filij amon: in anno scđo ⁊ t̄cio.
 Corroboratusq; est ioathan: eo qd'
 direxisset uias suas coram dño deo
 suo. Reliqua autē sermonū ioathan
 et om̄s pugne eius et opa: scripta
 sunt in libro isrl' et iuda. **V**iginti
 q̄q; annoꝝ erat cū regnare cepiss̄:
 et sedecim annis regnauit in ierlm.
 Dormiuitq; ioathan cū patrib; su
 is: et sepelierunt eū in ciuitate da
 uid. **E**t regnauit achaz filius ei: p̄ eo.

Viginti annoꝝ **XXVII**
 erat achaz cū regnare cepiss̄:
 et sedecim annis regnauit in ierlm.
 Non fecit rectum in conspectu dñi
 sicut dauid pater eius: sed ambula
 uit in uis regum isrl': insup et sta
 tuas fudit baalim. Ip̄e est qui ado
 leuit incensū in ualle benennon:
 et lustrauit filios suos in igne. iuxta
 ritum gentiū. quas inēfecit dñs in
 aduentu filioꝝ isrl'. **S**acrificabat q;
 et thinnama succendebat ī excelsis
 et in collib;: et sub om̄i ligno feon
 doso. **T**radiditq; eum dñs d̄s eius:

in manu regis syrie. **Q**ui percussit eū.
 magnāq; predā cepit de eius impio:
 et adduxit in damascū. **M**anib; q̄q;
 regis isrl' traditus ē: et percussus pla
 ga grandi. **E**cciditq; phacee filius ro
 melie de iuda centum uiginti milia
 in die uno. om̄s uiros bellatores: eo
 qd' reliquissent dñm d̄m patrū suoz.
Codem tempe occidit zechri uir po
 tens ex effraim. maasiam filiū regi:
 et ezricam ducem domus ei: helcha
 nam q̄q; scđm a rege. **C**epuntq; filij
 isrl' de fr̄ib; suis. ducenta milia mu
 herū pueroꝝ et puellaz. et infinitā
 p̄dam: p̄tuleruntq; eam ī samariā.
Ea tempestate erat ibi p̄pheta dñi:
 noīe obed. **Q**ui egressus obuiam ex
 ercituū uenienti in samariā dixit
 eis. **E**cce iratus dñs d̄s patrū ur̄oz.
 contra iudam. tradidit eos ī manib;
 ur̄is. et occidistis eos atrocit̄. ita ut
 in celum p̄tingeret ur̄a crudelitas.
Insup filios iuda et iherlm uultis uo
 bis subicere seruos et ancillas: qd'
 nequaquā facto opus ē. **P**eccastis
 enim sup hoc: dño deo ur̄o. **S**ed au
 dite consiliū meū: et reducite cap
 tiuos quos adduxistis de fr̄atrib;
 ur̄is: quia magnus furor dñi im
 minet uobis. **S**tereruntq; itaq; uiti
 de p̄ncipib; filioꝝ effraim. azarias fi
 lius iohannan. barachias fili' mo
 sallamoeh. thezechias fili' sellum.
 et amasias fili' adal. **C**ontra eos q̄
 ueniebant de philo: et dixerunt eis.
Non introducētis huc captiuos: n̄
 peccent' dño. **Q**uare uultis adicere
 sup peccata nr̄a. et uetera cumula

re delicta. Grande quippe peccatum est: et ira furoris domini imminet super israel. Dimiseruntque viri bellatores predictam. et uniuersa que cepant: coram principibus et omni multitudine. Steteruntque viri quos supra memorauimus: et apprehendentes captiuos omnes qui nudi erant. uestierunt de spoliis. Cumque uestissent eos et calciassent. et refecissent cibo ac potu. unxissentque propter laborem. et adhibuissent eis curam: quicunque ambulare non potuerunt et erant imbecillo corpore. imposuerunt eos iumentis. et adduxerunt terichon ciuitatem palmarum ad fratres eorum: ipsique reuersi sunt in samariam. Tempore illo misit rex achaz ad regem assyriorum: postulans auxiliu. Veneruntque ydumei et percusserunt multos ex iuda: et ceperunt predictam magnam. Philistinim quoque diffusi sunt per urbes campestris: et ad meridiem iuda. Ceperuntque bechsamem. et azilon. et gaderoch. sochor quoque et thamniam. et zamro cum uiculis suis: et habitauerunt in eis. Humiliauerat enim dominus iudam propter achaz regem israel. eo quod mundasset eum auxilio. et contempitum habuisset dominum. Adduxitque contra eum: thegladphalasar regem assyriorum. Qui et afflixit eum: et nullo resistente uastauit. Igitur achaz spoliata domo domini et domo regis et principum. dedit regi assyriorum munera: et tamen nichil ei profuit. Insuper et tempe angustie sue auxit contempitum in dominum: ipse per se rex achaz. Im-

molauit deus damasci uictimas: percussoribus suis. Et dixit: deus regum syrie auxiliantur eis. quos ego placo hostibus. et adierunt in: cum ipsi contrario fuerint ruine ei et uniuersum israel. Direptis itaque achaz omnibus uasis domus domini atque contractis. clausit ianuas templi dei: et fecit sibi altaria in uniuersis angulis iherusalem. In omnibus quoque urbibus iuda extruxit aras ad cremandum thuris: atque ad iracundiam. puocauit dominum deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius et omnium opum suorum priorum et nouissimorum: scripta sunt in libro regum iuda et israel. Dormiuitque achaz cum patribus suis: et sepelierunt eum in ciuitate ierusalem. Accepit enim receperunt eum: in sepulchris regum israel. Regnauitque ezechias filius eius: pro eo. **XXIX**

Igitur ezechias regnare cepit cum uiginti quinque esset annorum: et uiginti nouem annis regnauit in iherusalem. Nomen matris eius abia: filia zacharie. Fecitque quod erat placitum in conspectu domini: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius. In primo anno et mense primo regni sui. aperuit ualuas domus domini: et instaurauit eas. Adduxitque sacerdotes atque leuitas. et congregauit eos in plateam orientalem: dixitque ad eos. Audite me leuite: et sanctificamini. Mundate domum domini dei patrum uestrorum: auferte omnem immunditiam de scuario. Peccauerunt patres uestri: et fecerunt malum in conspectu domini dei uestri. dereliquentes eum. Auertunt facies suas a tabernaculo

dñi dei nr̄i: et p̄buerunt dorsum.
 Clauerunt ostia que erant in por-
 ticu: et extinxerunt lucernas. Incensū
 q̄ nō adoleuerūt: et holocausta nō ob-
 tulerunt in sc̄uario dei isrl̄. Conci-
 tatus ē itaq; furor dñi sup iudam
 et sup iherlm̄: tradiditq; eos in cō-
 motionē et in interitū et in sibilū.
 sicut ip̄i cernitis oculis ur̄is. En cor-
 ruere patres nr̄i gladijs: filij nr̄i et
 filie nr̄e et coniuges captiue ducte
 sunt. p̄ hoc scelus. Nunc igitur pla-
 cet michi ut ineamus fedus cū dño
 deo isrl̄: et alit̄at a nobis furorē ire
 sue. filij mei: nolite negligere. Vos
 elegit dñs ut steteris coram eo. et mi-
 nistreris illi: colatis eū. et cremetis
 incensū. Surrexerunt ḡ leuite: ma-
 hath fili amasie. et iohel fili azarie.
 de filijs caath. Porro de filijs merari:
 chis filius abdaī. et azarias filius
 iaaleel. De filijs aut̄ gerson: ioha fi-
 lius zemna. et eden fili ioha. At uō
 de filijs helisaphan: samri. et iahiel.
 De filijs q̄q; alaph: zacharias. ⁊ ma-
 thanias. Necnō de filijs hernan: ia-
 hiel. et semei. ⁊ et de filijs idithū:
 semeias. et ozihel. Congregauerūtq;
 fr̄es suos. et sc̄ificati sunt: et īgressi
 iuxta mandatū regis et imperiū
 dñi. ut expiarent domū dñi. Sacer-
 dos quocq; īgressi templū dñi ut sc̄i-
 ficarent illud: extulerunt omnē im-
 mūditā quā intus repererant in
 uestibulo domus dñi. Quā tulerunt
 leuite: et asportauerūt ad torrentē ce-
 dron foras. Cepunt autē p̄ma die
 m̄sis p̄mi mūdare: et in die octaua

eiusdem m̄sis īgressi sunt porticū
 domus dñi. Expiauerūtq; templū
 dieb; octo: et in die sextadecima m̄sis
 eidem. qd̄ cepant impleuerunt. In-
 gressi quoq; sunt ad ezechiam regē:
 et dixerunt ei. Sc̄ificauim⁹ omnem
 domū dñi et altare holocausti uasa
 q; eius. necnō et m̄sam p̄positionis
 cum omnib; uasis suis: cunctamq;
 templi suppellectilē quam posuerat
 rex achaz in regno suo. postq̄m p̄ua-
 ricatus ē: et ecce exposita sunt oīa
 altari dñi. Consurgensq; diluculo
 ezechias rex. adunauit om̄s p̄ncipes
 ciuitatis: et ascendit in domū dñi.
 Obruleruntq; simul tauros septē.
 et arietes septem. agnos septem et
 hircos septem: pro peccato. p̄ regno.
 p̄ sc̄uario. p̄ iuda. Dixit quoq; sac̄do-
 tib; filijs aaron: ut offerrent super
 altare dñi. Mactauerūt igitur tau-
 ros: et suscepunt sanguinē sacerdo-
 tes: et effuderunt illum sup altare.
 Mactauerūt etiam arietes: et illorū
 sanguinē sup altare fuderūt. Im-
 molauerūt agnos: et fuderūt sup
 altare sanguinē. Applicuerūtq; hir-
 cos. p̄ peccato. coram rege ⁊ uniuersa
 multitudine: imposuerūtq; manus
 suas sup eos. Et immolauerūt illos
 sac̄dotes: et asperserunt sanguinē eor
 coram altari. p̄ piaculo uniuersi isrl̄.
 Pro omni quippe isrl̄ p̄cepit rex ut
 holocaustū fieret: et pro peccato. Con-
 stituit quoq; leuitas in domo dñi.
 cum cymbalis et psalterijs et cytha-
 ris: sc̄dm̄ dispositionē dauid. ⁊ gad
 uidentis regis. et nathan p̄phete.

Siquidē p̄ceptum dñi fuit: p̄ manu
 p̄phaz eius. Steteruntq; leuite tene
 res organa dauid: et sacerdotes tubas.
 Et iussit ezechias: ut offerrentur
 holocausta sup̄ altare. Cumq; offer
 rent holocausta. cepunt laudes ca
 nere dño. et clangere tubis: atq; in
 diuisis organis que dauid rex isrl
 p̄parauerat. concrepare. Om̄i autē
 turba adorante. cantores et hy qui
 tenebant tubas erant ī officio suo:
 donec compleretur holocaustū. Cūq;
 finita eēt oblatio: incuruatus est
 rex et om̄s qui erant cū eo: et ado
 rauerūt. Precepitq; ezechias et p̄n
 cipes leuitis: ut laudatē dñm ser
 monib; dauid. et asaph uidentis.
 Qui laudauerūt magna leticia: et
 incuruato genu. adorauerūt. Eze
 chias autē: hec etiā addidit. Im
 plectis manus ur̄as dño: accedite
 et offerre uictimas et laudes in do
 mo dñi. Obrulit q; uniuersa multitu
 do hostias et laudes et holocausta:
 intē deuota. Porro numerus holo
 caustoz que obrulit multitudo. hic
 fuit: tauros sexaginta. arietes cen
 tum agnos ducentos. S̄cificauerūt
 q; dño boues sexcentos: et oues tria
 milia. Sacerdotes uō pauci erant:
 nec poterant sufficere ut pelles ho
 locaustoz detraherēt. Unde ⁊ leui
 te fr̄es eoz adiuuerūt eos: donec
 impleretur opus. et s̄cificarentur
 ancillites. Leuite q; facilioze ritu
 s̄cificantur: qm̄ sacerdotes. Fuert
 igitur holocausta plurima: adipēs
 pacificoz et libamina holocaustoz.

Et completus ē cultus dom̄i dñi. Le
 tatusq; ē ezechias et ois popl̄s: eo
 qd̄ ministeriū dñi esset impletū.
 De repente quippe: hoc fieri placue
 rit. **XXXIII** **Rat.**
Disit quoq; eze
 chias: ad omnē isrl̄ et iudam.
 Scripsitq; epl̄as ad effraim et ma
 nassen. ut uenirent in domū dñi in
 iherlm̄: et facerent phasē dño dō suo.
 Intro q; consilio regis et p̄ncipum et
 uniuersi cetus iherlm̄: decreuerūt ut
 facerent phasē in se sedō. Non enim
 occurrerant facē in tempe suo: quā
 sacerdotes qui possent sufficere s̄cifi
 cati n̄ fuant: et ppl̄s nondū congre
 gatus fuerat in iherlm̄. Placuitq;
 sermo regi et omni multitudini: et
 decreuerūt ut mitterent n̄tios in
 uniuersum isrl̄ de berlabee. usq; dan:
 ut ueniret et facerent phasē dño dō
 isrl̄ in iherlm̄. Multi enī nō fecerūt:
 sicut in lege p̄scriptum ē. Precepitq;
 cursores cum epl̄is ex regis impio et
 p̄ncipum ei: in uniuersum isrl̄ et iu
 dam: iuxta qd̄ rex iusserat. p̄dicau
 tes. Filij isrl̄ reuertimini ad dñm dñm
 abraham et ysaac et isrl̄: et reuer
 tur ad reliquias que effugerūt ma
 nū regis assyrioz. Nolite fieri sicut
 patres ur̄i et fr̄es. qui recesserūt a
 dño deo patrum suoz: et tradidit
 eos in interitiū. ut ip̄i cernitis. No
 lite indurare ceruices ur̄as sicut pa
 tres ur̄i. Tradite manus dño: et ue
 nite ad s̄cuarium ei: qd̄ s̄cificauit
 in et̄nū. Seruite dño deo patrum
 ur̄oz: et auertetur a uobis ira furorū
 eius. Si enim uos reuisi fueritis

ad dñm: fr̄es ur̄i et filij habebunt
 misericordiam corā dñis suis qui illos
 duxerunt captiuos: et reuertentur in
 terram hanc. Pius enī et clemens est
 dñs d̄s ur̄: et n̄ auerter faciem suā a
 uobis. si reuerti fueritis ad eū. Igitur
 cursores p̄gebant uelocit̄ de ciuitate
 in ciuitatem. p̄ terram effraim ⁊ ma
 nasse usq; ⁊ abulon: illis terribilib; et
 sublimantib; eos. **A**rram quidā
 uiri ex aser et manasse et ⁊ abulon.
 acquiescentes consilio: uenerūt in
 iherlm. In iuda uō facta ē manū dñi.
 ut daret eis cor unū: et facerēt iux
 ta p̄ceptum regis et p̄ncipū. uerbū
 dñi. **C**ongregatiq; sunt in iherlm
 ppli multi: ut facerent sollempnita
 tem azimoz in m̄se sc̄do. **E**t surgen
 tes destruxerunt altaria que erant
ultauerunt: magnificantes te do-
mine. qui liberasti illos. Memores
enim erant adhuc eorum que in-
colatu illorum facta fuerant: que
admodum per natione animalium
eduxit terra muscas. et per piscibus
eructauit fluuius multitudinem
ranarum. Nouissime autem uiderunt
nouam creaturam auium: cum ab-
ducti concupiscentia. postulaue-
runt escas epulationis. In allo-
cutione enim desiderii: ascendit
illis de mari ortigometra. Et
uerationes peccatoribus superue-
runt: non sine illis que ante facta
erant argumentis. per uim flu-
minum. Iuste enim patiebantur:
secundum suas nequicias. Ceterum de-
testabiliorem inhospitalitate in-
stituerunt. Alii quidem ignotos
non recipiebant aduenas: alii
autem bonos hospites in seruitu-
tem redigebant. Et non solum hec
sed et alius quidem respectus il-
lorum erat: quoniam multi recipie-
bant extraneos. Qui autem cum
leticia receperunt: hos qui eisdem
usui erant instituti. seuisissimis
affligerunt doloribus. Percussi sunt

terrate sine illi fa-
liberatos cooperer-
nos: uniuersosq; con-
in quebat. In se en-
in deum conuertunt
in qualitate foris
in omnia sui bonum
inde etiam ex ipso
in celest. Agrestia enim
in uentilantur: et quoniam
in natura in tra ream
in aqua ualebat sup
in uentem: et aqua ex
in mare oblatu cebat. In
in uento temperat am
in uentem carnes ce-
in uentem: ut dissoluerent
in uentem dissoluerent
in uentem etiam. In omni
in uentem populi tui
in uentem et non despicere
in uentem et in omni la-
in uentem. **Capitulum liber**
in uentem in librum
in uentem nobis et
in uentem per legem
in uentem phreas aliosq;
in uentem aut hunc illos.
in uentem in quibus opo-
in uentem des. dicitur: et sapi-
in uentem. Quia non solum ipso
in uentem necesse est ee petros
in uentem extraneos posse: et dicit
in uentem inuenire dactylimos
in uentem in his postquam se am-
in uentem ad diligenciam lecton-
in uentem postquam. et alioq; lib-
in uentem quibus a parentibus uis

autē cecitate sicut illi in foribus uisum
 cum subitaneis cooperti essent
 tenebris: unusquisque transitum
 ostii sui querebat. In se enim ele-
 menta dum conuertuntur. sicut in
 organo qualitatis sonus imuta-
 tur: et omnia suū sonum custodi-
 unt. Unde estimari ex ipso certo
 uisu potest. Agrestia enim in aqua
 conuertebantur: et quecumque
 erant natantia. in terra transibant.
 Ignis in aqua ualebat supra su-
 am uirtutem: et aqua exstinguen-
 tis nature obliuiscatur. Flāme
 econtrario corruptibilium animalium
 non uexauerunt carnes coam-
 bulantium: nec dissoluebant illam
 que facile dissoluebatur sicut gla-
 cies. bonam escam. In omnibus enim
 magnificasti populum tuum domine et
 honorasti. et non desperasti: in
 omni tempore et in omni loco as-
 sistens eis. **Explicit liber sapientie. In-
 cipit prologus in librum ecclesiastici.**

Multorum nobis et mag-
 norum per legem et pro-
 phetas aliosque qui se-
 cuti sunt illos. sapientia
 demonstrata est: in quibus oportet
 laudare israel. doctrine et sapientie
 causa. Quia non solum ipsos lo-
 quentes necesse est esse peritos: sed
 etiam extraneos posse et dicentes
 et scribentes doctissimos fieri.
 Auus meus ihesus postquam se amplius
 dedit ad diligentiam lectionis le-
 gis et prophetarum. et aliorum librorum
 qui nobis a parentibus nostris tra-

ditū sunt: uoluit et ipse scribere
 aliquid horum que ad doctrinam
 et sapientiam pertinent. ut desideran-
 tes discere. et illorum periti fieri.
 magis magisque attendat animo.
 et confirmetur ad legitimam ui-
 tam. Hortor itaque uenire uos cum
 beniuolentia. et attentiori studio
 lectionem facere: et ueniam ha-
 bere in illis in quibus uidemur se-
 quentes ymaginem sapientie. et
 deficere in uerborum compositione.
 Nam deficiunt uerba hebraica:
 quando fuerint translata ad ali-
 am linguam. Non autem solum
 hec: sed et ipsa lex et prophete.
 ceteraque librorum. non paruum ha-
 bent differentiam: quando inter
 se dicuntur. Nam in octauo et
 tricesimo anno. temporibus prolo-
 mei euergetes regis. postquam
 ueni in egiptum. et cum multum
 temporis ibi fuisset: inueni ibi
 libros relictos. non parue neque
 contempnende doctrine. Itaque
 bonum et necessarium putavi et
 ipse aliqua adclere diligentiam
 et laborem interpretandi istum
 librum: et multa uigilia attuli
 doctrinam. in spacio temporis
 ad illa que ad finem ducunt li-
 brum dare: et illis qui uolunt
 animam intendere. et discere que
 admodum oporteat instituire
 mores. qui secundum legem do-
 mini proposuerunt uitam age-
 re. **Explicit prologus. Incipit li-
 ber ecclesiastici.**

e d q

Omnis sapientia
a dño deo est: et
cū illo fuit semp.
et est ante euum.
Arenam maris ⁊
pluue guttas et
dies seculi: quis dinumerat? Al-
titudinem celi et latitudinem
terre et pfundum abyssi: quis
dimensus est? Sapientiam dei p̄ce-
dentem omnia: quis iuelligauit?
Prior omnium creata est sapia: et
intellectus prudentie ab euo.
Fons sapientie uerbum dei i ex-
celsis: et ingressus illius man-
data eterna. Radix sapie cui re-
uelata est: et altutias illius q̄s
agnouit? Disciplina sapie cui
reuelata est et manifestata: et
multiplicationē ingressus illius
quis intellexit? Unus est altissi-
mus creator omnium: omps. et
rex potens. et metuendus nimis:
sedens sup thronum illius. ⁊ do-
minans deus. Ipse creauit illam
in spū sc̄o. et uidit ⁊ diminerauit.
et mensus est: et effudit illam
super omnia opera sua. et sup
omniē carnem. Sc̄dm datum su-
um: prebet illam diligentib; se.
Timor dñi gloria et gloriatio et
leticia: et corona exultationis.
Timor dñi delectabit cor: et da-
bit leticiam. et gaudiū in longi-
tudine dierum. Timenti deum
bene erit in extremis: et in die
definctionis sue bñdicetur. Di-
lectio dei: honorabilis sapientia.

Quib; autē apparuerit in uisu: di-
ligunt eam in uisione. et in agni-
tione magnalium suorum. Inicium sa-
pientie timor dñi: et cum fidelib;
in uulua concreatus est. et cum
electis feminis graditur: et cū
iustis et fidelibus agnoscitur. Ti-
mor dñi: scientie religiositas. Re-
ligiositas custodiet ⁊ iustificabit
cor: iocunditatem atq; gaudiū
dabit. Timenti dñm bene erit: ⁊
in dieb; consolationis illius bene
dicetur. Plenitudo sapie timere
dñm: et plenitudo a fructib; illi.
Omne donum illius implebit a
generationib;: et receptacula a
thesauris illius. Corona sapie
timor dñi. replens pacem et salu-
tis fructum: et uidit et dimine-
rauit eam. Utraq; autē: sunt do-
na dei. Scientiam et intellectū
prudentie sapia compertietur:
et glām tenentū se exaltat. Ra-
dix sapientie timere dominū: ra-
mi enim illius longeu. In thesau-
ris sapie. intellectus et scientie
religiositas: execratio autē pecca-
torib; sapientia. Timor domini:
expellit peccatū. Nam qui sine
timore est: non poterit iustifica-
ri. Iracundia enī animositatis
illius: subuersio illius est. Usq;
in tempus sustinebit patiens:
et postea redditio iocunditatis.
Bonus sensus usq; in tempus
abscondet uerba illius: et labia
multorum enarrabunt sensum illi.
In thesauris sapie significatio

discipline: execratio autē peccati
cultura dei. **F**ili concupiscens sa-
pientiam. conserua iusticiam: et
deus p̄lebit illam tibi. **S**apientia
enim et disciplina timor dñi: et
quod placitum ē illi. fides ⁊ man-
suetudo: et adimplebit thesau-
ros illius. **N**on sis incredibilis
timori domini: et ne accesseris
ad illum duplici corde. **N**e fueris
ypocrita in conspectu hominū:
et non scandalizeris in labijs tu-
is. **A**ttende in illis ne forte cadas.
et adducas anime tue inhonora-
tionē: et reueler deus absconsa
tua. et in medio synagoge elidat
te: qm̄ accessisti maligne ad do-
minū. et cor tuum plenum est

Hdolo et fallatia. **I**
uli accedens ad seruitutem
dei. sta in iusticia et timore: et
prepara aīam tuam ad tempta-
tionē. **D**eprime cor tuum et sus-
tine: inclina aurem tuā. et exci-
pe uerba intellectus: et ne festi-
nes in tempore obductōis. **S**us-
tine sustentationes dei: comuni-
gere deo et sustine: ut crescat ī
nouissimo uita tua. **O**mnē qd̄
tibi applicatum fuerit accipe: et
in dolore sustine: et in humilita-
te tua patientiam habe: qm̄ in
igne probatur aurū et argentū;
homines uero receptibiles ī ca-
mino humiliationis. **C**rede deo
et recupabit te: et dirige uiam
tuam. et spera in illum. **S**erua
timorē illius: et in illo ueterasce.

Aetuentes dñm. sustinete mise-
ricordiam eius: et nō defleatatis
ab illo ne cadatis. **Q**ui timetis
dñm credite illi: et non euacua-
bitur merces ur̄a. **Q**ui timetis
dñm sperate in illum: et in oble-
tatione ueniet uobis misericordia.
Qui timetis dñm diligite illū:
et illuminabūtur corda ur̄a. **R**e-
spicite filii nationes hominū: et
scitote qm̄ nullus sp̄auit in dño
et confusus est: p̄mansit ī man-
datis eius. et derelictus est. **A**ut
quis inuocauit illum: et desper-
it eum? **Q**m̄ pius et misericors
est d̄s; et remittet in die tribula-
tionis peccata: et p̄tor est om-
nib; exquirentib; se in ueritate.
De duplici corde ⁊ labijs scelesti:
et manib; malefacientib; ⁊ pec-
catori terrā ingredienti duab;
uiuis. **D**e dissolutis corde. qui nō
credunt deo: et ideo nō protegen-
tur ab eo. **D**e hys qui p̄diderunt
sustinentiam: et qui derelique-
runt uias rectas: et diuiterunt
in uias prauas. **E**t quid faciet
cum inspicere ceperit dñs? **Q**ui
timent dñm non erunt incredi-
biles uerbo illius: et q̄ diligūt
illum conseruabūt uiam illius.
Qui timent dñm. inquirent
que beneplacita sunt ei: et qui
diligunt eum. replebūtur lege
ip̄ius. **Q**ui timent dñm. prepa-
rabunt corda sua: et in conspe-
ctu illius sc̄ficabunt animas
suas. **Q**ui timent dñm custodi

ent mandata ipsius: et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius. dicentes. Si penitentiam non egerimus: incidemus in manus domini. et non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius: sic et misericordia illius cum ipso est.

Filius sapientie ecclesiarum iustorum: et natio illorum obedientia et dilectio. Iudicium patris audite filii dilecti: et sic facite ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis: et iudicium matris exquirens. firmavit in filios. Qui diligit dominum. exorabit pro peccatis: et continebit se ab illis: et in oratione dierum exaudietur. Et sicut qui thesaurizat: ita et qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum. iocundabitur in filiis: et in die orationis sue exaudietur. Et qui honorat patrem suum. vita vivet longiore: et qui obedit patri. refrigerabit matrem. Qui timet dominum. honorat parentes: et quasi dominus serviet hijs qui se genuerunt. in opere et sermone. et in omni patientia. Honora patrem tuum ut supereminat tibi benedictio a deo: et benedictio illius in novissimo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne gloriaris in contumelia patris tui: non est enim tibi gloria. sed confusio. Gloria

enim hominis ex honore patris sui: et dedecus filii. pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui: et ne contristes eum in vita illius. Et si defecerit sensu. veniam dabit: et ne spernas eum in tua virtute. Clemosina enim patris: non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum: et in iusticia edificabitur tibi. et in die tribulationis commemorabitur tui: et sicut in sereno glacies solventur peccata tua. Quam male fame est qui relinquit patrem: et est maledictus a deo. qui exaspavit matrem. Fili in mansuetudine opera tua perfice: et super hominum gloriam diligere. Quanto magis es. humiliata te in omnibus: et coram deo invenies gratiam: quam magna potentia dei solius: et ab humilibus honoratur. Altiora te ne quaeris. et fortiora te ne scrutatus fueris: sed que precepit dominus tibi. cogita illa semper: et in pluribus eius operibus: ne fueris curiosus. Non enim tibi necessarium: ea que abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter: et in pluribus eius operibus: ne fueris curiosus. Plurima enim: super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantavit suspitio eorum: et in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum habebit male in novissimo: et qui amat periculum. in illo peribit. Cor ingredies

duas vias. non habebit successus: et prauicornis in illis scandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus: et peccator adiciet ad peccandum. Synagoge superborum non erit sanitas. Frutex enim peccati eradicabitur in illis: et non intelligetur. Cor sapientis intelligitur in sapientia: et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapientis cor et intelligibile abstinabit se a peccatis: et in operibus iusticie successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua: et elemosina resistit peccatis: et deus inspector eius qui reddet gratiam. meminit in posterum: et in tempore calis sui inueniet firmitatem. IIII

Fili elemosinam pauperis ne defraudes: et oculos tuos ne transuertras a paupere. Animam esurientem ne despexeris: et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne affixeris: et non perahas datum angustiantis. Rogatione contribulati ne abicias: et non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: et non relinquant querentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine anime: exaudietur precatio illius. Exaudiet autem eum: quia fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito: et presbitero humilia animam tuam: et magnato humilia caput tuum. Inclina pauperi sine tristitia au-

rem tuam: et redde debitum tuum: et responde illi pacifica in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi: et non accide feras in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors ut pater: et pro uiro matri illorum: et eris tu uelut filius altissimi obediens: et miserebitur tui magis quam mater. Sapientia filius suus uitam inspirat: et suscipit exquirentes se: et prebuit in uia iusticie. Et qui illam diligit: diligit uitam: et qui uigilauerint ad illam: complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam: uitam hereditabunt: et quo introibit benedicet deus. Qui seruiunt ei obsequentes erunt sancti: et eos qui diligunt illam: diligit deus. Qui audit illam: iudicat gentes: et qui intuetur illam: permanebit confidens. Si crediderit ei: hereditabit illam: et erunt in confirmatione creature illorum: quoniam in temptacione ambulat cum eo: et in primis elegit eum. Timorem et metum et probationem inducet super illum: et cruciabit illum in tribulatione doctrine sue: donec temptet eum in cogitationibus illius: et credat anime illius. Et firmabit illum: et iter adducet directum ad illum: et denudabit absconsa sua illi: et thesaurizabit super illum scientiam: et intellectum iusticie. Si autem oberrauerit derelinquet eum: et tradet eum in manus inimici

sui. **F**ili conserva tempus: et de
 uita a malo. **P**ro anima tua: n̄
 confundaris dicere uerum. **E**st
 enī confusio adducens peccatū:
 et est confusio adducens glām
 et grām. **N**e accipias faciem ad
 uersus faciem tuā: nec adūsus
 aīam tuam mendatiū. **N**e reue
 rearis proximū tuū in casu suo:
 nec retineas uerbum in tempe
 salutis. **N**on abscondas sapien
 tiam tuam: in decore eius. **I**n
 lingua enī sapīa dinoscitur: et
 sensus et scientia et doctrina in
 uerbo sensati: et firmamentum
 in operib; iusticie. **N**on cōtradi
 cas uerbo ueritatis ullo modo:
 et de mendatio inereditiōis tue
 confundere. **N**on confundaris cō
 fiteri peccata tua: et ne subicias
 te omni pro peccato. **N**oli resis
 tere contra faciem potentis: ne
 coneris contra ictum flumin. **P**ro
 iusticia agonizare pro aīa tua:
 et usq; ad mortem certa p iusti
 cia: et d̄s expugnabit pro te in
 micos tuos. **N**oli citatus ēē in
 lingua tua: et inutilis et re
 missus in operib; tuis. **N**oli ēē
 sicut leo in domo tua: euerrens
 domesticos tuos. et opprimens
 subiectos tibi. **N**on sit porrecta
 manus tua ad accipiendum:
 et ad dandum collecta.

Noli attendere ad possessio
 nes iniquas: et ne dixeris.
 est michi sufficiens uita. **N**ihil
 enim p̄derit: in tempe uindictę

et obductionis. **N**e sequaris in
 fortitudine tua concupiscentiā
 cordis tui: et ne dixeris. **Q**uom̄
 potui: aut quis me subiciet p̄pter
 facta mea. **D**s enim uindicans
 uindicabit. **N**e dixeris. **P**eccauī:
 et quid m̄ accidit triste. **A**lissi
 mus enim: est patiens redditōr.
De propiciatu peccatorū noli ēē
 sine metu: neq; adicias peccatū
 sup peccatum. **E**t ne dicas. **M**ise
 ratio dei magna est: multitudi
 nis peccōr meorū miserebitur.
Misericordia enim et ira. ab illo cito
 proximat: et in peccatores respi
 cit ira illius. **N**e tardes conuerti
 ad d̄m: et ne differas de die in
 diem. **S**ubito enim ueniet ira
 illius: et in tempe uindictę dis
 perdet te. **N**oli anxius ēē in di
 uiciis iniustis: non enī p̄derunt
 in die obductionis et uindictę.
Non uentiles te in omnem uen
 tum. et non eas in omnē uiam:
 sic enim peccatorū p̄batur in du
 plici lingua. **E**sto firmus i uia
 d̄ni. et in ueritate sensus tui et
 scientia: et p̄sequatur te uerbū
 pacis et iusticie. **E**sto mansuet
 ad audiendum uerbū dei. ut in
 telligas: et cū sapientia p̄feres
 responsum uerum. **S**i est tibi
 intellectus. responde proximo:
 sin autē. manus tua sit sup os
 tuum: ne capiaris in uerbo in
 disciplinato. et confundaris. **H**o
 nor et glā in sermone sensati:
 lingua uero imprudentis. sub

uersio ipsius est. Non appelleris
 susuro in uita tua: et lingua
 tua ne capiaris. et confundaris.
Sup furem enī est confusio et pe
 nitentia: et deuotatio pessima
 sup bilinguem. **S**usurratori autē:
 odium et inimicitia et contumelia.
Iustificata pusillum: et magnum si
 mali fieri pro **VI**. **M**uliter.
Amico: inimicus proximo.
Improperū enim et contumeliā
 malus hereditabit: et omnis pec
 cator. inuidus et bilinguis. Non
 te extollas in cogitatione anime
 tue uelut taurus; ne forte elida
 tur uirtus tua p̄ stulticiam. et
 folia tua comedat. et fructus tu
 os perdat: et relinquareis uelut li
 gnum aridum in heremo. **A**ni
 ma enī nequam dispdet qui se
 habet; et in gaudium inimici
 dat illum: et deducet in sortem
 impiorū. **V**erbum dulce multipli
 cat amicos. et mitigat inimicos:
 et lingua eucharis in bono hōie
 habundabit. **M**ulti pacifici sint
 tibi: et consiliarius sit tibi unū
 de mille. **S**i possides amicū. in
 temptatione posside eum: et ne
 facile credas ei. **E**st enī amicus
 scdm̄ tempus suū: et non p̄ma
 nebit in tempe tribulatois. **E**st
 et amicus qui conuertitur ad
 inimicitias: est et qui odium et
 rixam et conuicia denudabit.
Est autē amicus locus mense:
 et non p̄manet in die necessita
 tis. **A**micus si p̄manserit fixus.

erit tibi quasi coequalis: et in
 domesticis tuis fiducialit̄ ager.
Si humiliauerit se contra te: a
 facie tua abscondet se. **A**nanimē
 habebis amicitiam bonam. **A**b
 inimicis tuis separare: et ab a
 micis tuis attende. **A**micus fide
 lis: fortis protectio. **Q**ui autē
 inuenit illum: inuenit thesau
 rum. **A**mico fideli nulla est com
 paratio: et non est digna ponde
 ratio auri et argenti. contra bo
 nitatem fidei illius. **A**micus fi
 delis. medicamentū uite et in
 mortalitatis: et qui metuumt
 dñm. inueniunt illum. **Q**ui ti
 met dñm eque habebit amicitia
 am bonam: qm̄ secundū illum
 erit amicus illius. **F**ili a iuuen
 tute tua excipe doctrinam: et
 usq; ad canos inuenies sapien
 tiam. **Q**uasi is qui arat et semi
 nat accede ad eam: et sustine bo
 nos fructus illius. **I**n opere enī
 ipsius exiguum laborabis: et
 cito edes de generationib; illius.
Quam aspera est nimū sapia
 indoctis hominib;: et nō p̄ma
 nebit in illa excors. **Q**uasi lapi
 dis uirtus p̄batio erit in illis:
 et nō demorabuntur proicere il
 lam. **S**apia enim doctrine se
 cundum nomen est eius: et nō
 multis ē manifesta. **Q**uib; au
 tem cognita est: p̄manet usq; ad
 conspectum dñi. **A**udi fili. et acci
 pe consilium intellectus: et ne
 abicias consilium meū. **I**nice

tardabit. Humilia ualde spm̄
 tuū: qm̄ uindicta carnis impi.
 ignis et uermis. Noli puaricari
 in amicum pecuniā differentē:
 neq; fr̄em carissimū auro spre
 ueris. Noli discedere a muliere
 sensata et bona: quam sortitus
 es in timore dñi. Gratia enī uere
 cundie illius: super aurum. Non
 ledas seruū in ueritate operantē:
 neq; mercennariū dantem ani
 mam suam. Seruus sensatus:
 sit tibi dilectus. quasi aīa tua.
 Non defraudes illum libertate:
 neq; inopem derelinquas illum.
 Pecora tibi sunt attende illis:
 et si sunt utilia. pseuerent apd̄
 te. Filij tibi sunt. erudi illos: et
 curua illos a puericia illoꝝ. Filie
 tibi sunt. serua corpus illaz: et
 non ostendas hilarem faciem
 tuam ad illas. Trade filiam. et
 grande opus feceris: et homini
 sensato da illam. Mulier si est
 tibi sc̄lm̄ aīam tuam. nō proici
 as illam: et odibili nō credas te
 in toto corde. Honora patrem tu
 um: et gemitus matris tue ne
 obliuiscaris. Memento. qm̄ nisi
 p̄ illos non fuisses: et retribue il
 lis quomodo et illi tibi. In tota a
 nima tua time dñm: et sacerdo
 tes illius sanctifica. In om̄i iur
 tute tua dilige eum qui te fecit:
 et ministros eius non derelin
 quas. Honora dñm. ex tota aīa
 tua: et honorifica sacerdotes;
 et purga te cum brachys. Da

illis partem sicut mandatū est
 tibi. primitiaz et purgationis: ⁊
 de negligentia tua purga te cū
 paucis. Datum brachioꝝ tuoꝝ.
 et sacrificium sc̄ificationis offe
 res dño: initia sc̄oꝝ. Et pauperi
 porrige manū tuam: ut pficia
 tur propiciatio et b̄ndictio tua.
 gratia dati. in conspectu omnis
 uiuentis: et mortuo nō phibeas
 gr̄am. Non desis plorantib; in
 consolatione: et cum lugentib;
 ambula. Non te pigeat uisitare
 infirmū: ex hys enim in dilec
 tione firmaberis. In omnib; ope
 rib; tuis memorare nouissima
 tua: et in eternum nō peccabis.

Non litiges cum **VII**
 homine potente: ne forte
 incidas in manus illius. Non
 contendas cū uiro locuplete: ne
 forte econtrario cōstituat litem
 tibi. Stultos enim pdidit aurū
 et argentum: et usq; ad cor re
 gum extendit et conuicit. Non
 litiges cū homine linguato: et
 ne struas in ignem illius ligna.
 Non cōmunicēs homini idocto:
 ne male de p̄genie tua loquatur.
 Ne despicias hōiem auertentē
 se a peccato: neq; improperes ei.
 Memento: qm̄ in corruptione
 omnes sumus. Ne spernas ho
 minē in sua senectute: etenim
 ex nobis senescunt. Noli de mor
 tuo inimico tuo gaudere: sc̄ies
 qm̄ omnes morimur. et in gau
 dium uolumus uenire. Ne despi

e d q

cias narrationes p̄broy sapien-
 tium: et in puerbis eorum con-
 uersare. Ab ipsis enim discas sa-
 pientiam et doctrinam intelle-
 ctus: et seruire magnatis sine
 querela. Non te p̄tereant narra-
 tio senoy. et ip̄i enim didicer̄t
 a patrib; suis: q̄m ab ip̄is discas
 intellectum. et in tempe necessi-
 tatis dabis responsum. Non in-
 cendas carbones peccatoy. argu-
 ens eos: et ne incendaris flam-
 ma ignis peccoy illoy. Ne con-
 tra faciem stes contumeliosi: ne
 sedeas quasi insidiator ori tuo.
Noli fenerare homini fortiori-
 te: qd̄ si feneraueris. quasi pdi-
 tum habe. Non spondeas super
 uirtutem tuā: quod si sponde-
 ris. quasi restituens cogita. Non
 iudices contra iudicem: quoniam
 sc̄dm̄ qd̄ dignum ē iudicat. Cū
 audace non eas in uia: ne forte
 grauet mala sua in te. Ipse enī
 sc̄dm̄ uoluntate suam uadit: et
 simul cū stulticia illius peries.
Cum iracundo ne facias rixam:
 et cū audace non eas in desertū:
 q̄m quasi nichil est ante illum
 sanguis: et ubi non est adiuto-
 rum. elidet te. Cum fatuus con-
 silium nō habeas: non enī pote-
 runt diligere. nisi que placent
 eis. Coram extraneo ne facias
 consiliū: nescis enī quid pariat.
 Non om̄i homini cor tuū mani-
 festes: ne forte inferat tibi grām.
 et conuictetur tibi. **L**

Non zeles mulierem sinus tui:
 ne ostendat sup te maliciā
 doctrine nequam. Non des mu-
 lieri potestatem anime tue: ne
 ingrediatur in uirtute tua: et
 confundaris. Ne respicias mulie-
 rem multiuolam: ne forte inci-
 das in laqueos illius. Cum salta-
 trice ne assiduius sis. nec audias
 illam: ne forte pereas in effica-
 cia illius. Virgine ne conspicias:
 ne forte scandalizeris in decore
 illius. Non des fornicarij ani-
 mā tuam in ullo: ne perdas te
 et hereditatem tuā. Noli circum-
 spicere in uicis ciuitatis: nec ob-
 erraueris in plateis illi. Auerre
 faciem tuam a muliere compra:
 et ne circūspicias speciem alienā.
Propter speciem mulieris. multi
 pierunt: et ex hoc concupiscentia
 quasi ignis exardescit. Omnis
 mulier que est fornicaria: quasi
 stercus in uia conculcabitur. Spe-
 ciem mulieris aliene multi ad-
 mirati. reprobi facti sunt: colloq-
 uum enī illius quasi ignis exar-
 descit. Cum aliena muliere ne se-
 deas omnino. nec accumbas cū
 ea sup cubitum. et nō alterceris
 cum illa in uino: ne forte decli-
 net cor tuum in illā: et sanguis
 tuo labaris in pditionem. Non
 derelinquas amicum antiquū:
 nouus enim nō erit similis illi.
Vinum enī nouum: amicus no-
 uus. Verterascet: et cum suau-
 tate bibes illud. Non zeles glo-

opus petens: nō enī
 cura se illius futurū
 placet tibi inuana
 bonis qm̄ usq; ad infero-
 rebus impus. Longe
 potestatem
 moti: et non suspicari
 motes. Et si accesseris
 noli aliquid committere
 a uisum uicem tuā. C
 me tuus fecit: qm̄ m
 uoy: ingreditis: et su
 a uoluntate a uoluntate
 in uirtute tuam. caue te
 mo tuo: et cū sapientib;
 bonis tracta. Non uultu
 mouet: et in timore de
 p̄tando. et in sensu ser
 moti dei: et omnis euari
 te in p̄ceptis altissimi. J
 in uirtutum opera laudat
 re p̄ceptis populū in sapi-
 entis sui: in sensu uo sen-
 tibus. Terribis est in ciui-
 la bono inuolatus: et ten-
 tus in uirtute suo. sc̄d̄m̄
 sapientis uirtutis. **X**
 in domo: et in p̄ceptis sen-
 tibus enī. Sc̄dm̄ iudicem
 se et minister eius. Et qu
 moti est ciuitatis: tales e
 motes in ea. Rex insipie
 moti populū suum: et ciuitat
 moti domat p̄sentem pe-
 moti. In manu dei potest
 moti. et uirtutis omnis in
 moti: et uirtutis redder
 moti. et uirtutis sup illam

riam et opus pectoris: nō enī scis
 que futura sit illius subuersio.
Non placeat tibi iniuria inius
 tor: sciens qm̄ usq; ad inferos
 non placebit impius. Longe ab
 esto ab homine potestatem habē
 te occidendi: et non suspicaberis
 timorē mortis. Et si accesseris ad
 illum: noli aliquid committere:
 ne forte auferat uitam tuā. Cō
 munionē mortis scito: qm̄ in me
 dio laqueorū ingredieris: et sup
 arma dolentium ambulabis. Se
 cundū uirtutē tuam. caue te a
 proximo tuo: et cū sapientib; et
 prudentib; tracta. Viri iusti sint
 tibi conuiue: et in timore dei sit
 tibi gloriatio. et in sensu sit tibi
 cogitatus dei: et omnis enarra
 tio tua in pceptis altissimi. In
 manu artificum opera laudabi
 tur: et pnceps populi in sapia
 sermonis sui: in sensu uō senioꝝ
 uerbum. Terribilis est in ciuitā
 te sua homo linguosus: et teme
 rarius in uerbo suo. odibilis erit.
Iudex sapiens iudicabit
 poplū suum: et pncipatus sensa
 ti stabilis erit. Scdm̄ iudicem
 ppli: sic et ministri eius. Et qua
 lis rector est ciuitatis: tales et
 habitantes in ea. Rex insipiens
 perdet poplū suum: et ciuitates
 inhabitabuntur p sensum pru
 dentū. In manu dei potestas
 terre: et execrabilis omnis inq̄
 tas gentiū: et utilem rectorem
 in tempus suscitabis sup illam.

In manu dei potestas hominis:
 et sup faciem scribe imponet ho
 nozem suū. Omnis iniurie proxi
 mi ne memineris: et nichil agas
 in operib; iniurie. Odibilis corā
 deo est et hominib; supbia: et exe
 crabilis omnis iniquitas gentiū.
 Regnum a gente in gentem tūc
 fertur: ppter iniusticias et iniuri
 as et contumelias et diuersos do
 los. Avaro enī nichil est scelestū.
 Quid superbit terra et cinis? Ni
 chil est iniquius: qm̄ pecuniam
 amare. Hic enim et aiām suam
 uenalem habet: qm̄ in uita sua
 proiecit intima sua. Omnis po
 tentatus: breuis uita. Languor
 prolixior grauat medicū: breuem
 languorem p̄cidit medicus. Sic
 et rex hodie est: et cras morietur.
 Cum enī morietur homo: here
 ditabit serpentes. et bestias et uer
 mes. Iudicium supbie hominis a
 postatate a deo: qm̄ ab eo qui fe
 cit illum recessit cor eius: qm̄ ini
 tium oīs peccati est supbia. Qui
 tenuerit illam. adimplebitur
 maledictis: et subuertet eum in
 finem. Propterea exhonozauit
 dñs conuentus maloz: et destru
 xit eos usq; in finem. Sedes du
 cū ~~superboꝝ~~ superboꝝ destruxit dñs:
 et sedere fecit mites pro eis. Ra
 dices gentiū supbarum arefecit
 dñs: et plantauit humiles ex ip̄is
 gentib;. Terras gentiū euertit
 dñs: et perdidit eas usq; ad fun
 damentū. Arefecit ex ip̄is et

282
dispersidit eos: et cessare fecit
memoriam eorum a terra. Perdidit
deus memoriam superborum: et
reliquit memoriam humilium sen-
su. Non est creata hominibus su-
perbia: neque iracundia nationi
mulierum. Semen hominum ho-
norabitur: hoc quod timet deum:
semen autem hoc exhonorabitur:
quod preterit mandata domini. In me-
dio fratrum: rector illorum in ho-
nore: et qui timent dominum. erunt
in oculis illius. Gloria diuitum ho-
noratorum et pauperum. timor dei est:
non despicere hominem iustum pau-
perem. et non magnificare irum
peccatorem diuitem. Magnus est
iudex. et potens est in honore:
et non est maior illo qui timet de-
um. Seruo sensato liberi serui-
ent: et uir prudens et discipli-
natus non murmurabit correptus:
et inscius non honorabitur.
Noli te extollere in faciendo ope-
re tuo: et noli cunctari in tempe-
angustie. Melior est qui opatur
et habundat in omnibus: quam
qui gloriatur. et eget pane. Fili in
mansuetudine serua animam tu-
am: et da illi honorem secundum
meritum suum. Peccantem in ani-
ma sua quis iustificabit. Et
quis honorificabit exhonoran-
tem animam suam. Pauper glori-
atur pro disciplina. et timorem su-
um: et est homo qui honorifica-
tur propter substantiam suam. Qui
autem gloriatur in paupertate;

quod magis in substantia. Et qui
gloriatur in substantia: paupertate
tem uereatur. **S**
apientia humiliati exalta-
bit caput illius: et in medio mag-
natorum confidere illum faciet. Non
laudes irum in specie sua: neque
spernas hominem in uisu suo. Bre-
uis in uolatilibus est apis: et in-
tium dulcoris habet fructus eius.
In uestitu ne gloriaris unquam:
nec in die honoris tui extollaris:
quam mirabilia opa altissimi solue-
ret. et gloriosa et absconsa et inuisa
opa illius. Multi tyranni sederunt
in throno: et insuspicabilis por-
tauit diadema. Multi potentes
oppressi sunt ualide: et gloriosi
traditi sunt in manus alterorum.
Prius quam interrogares. ne uicupe-
res quemquam: et cum interroga-
ueris. corripe iuste. Prius quam
audias. ne respondeas uerbum: et
in medio seniorum ne adicias loquium.
De ea re que te non molestat. ne
certaris: et in iudicio peccantium
ne consistas. Fili. ne in multis
sint actus tui: et si diues fueris.
non eris immunis a delicto. Si
enim secutus fueris. non appre-
hendes: et non effugies si prece-
curreris. Est homo laborans. et
festinans et dolens impius: et
tanto magis non habundat. Est
homo marcidus. egens recupera-
tione. plus deficiens uirtute. et
habundans paupertate: et oculus
dei respexit illum in bono. et erexit

in humilitate ipsius: et
capere eius: et mirari sunt
mulier. et honorauerunt dominum
et mala uita et mors. pa-
et honestas: a deo sunt
id est permanet iustus: et
illius succellus habebunt
m. Est qui loquatur
gratid: et hoc pars merce
is in eo quod dicit. mueri
in uobis: et tunc mada
domi: eius solus. Et nes
tempus preterat: et rehin
mnia alij. Era in testa
tuos. et in illo colloquet:
per mandatorum uoce uere
se manifestis in operibus
te: confide autem in deo. et
in loco tuo. facile est eni
s dei: subito honorare
Benedictio dei in me-
ra festinat: et tu hono-
operibus illius fructifi-
cas. Quid est nisi opus:
nam nichil ex hoc bona:
is sufficiens sum: et
prope sum aliorum. In die
re memo. sis malor: et
nolite me in memo: sis bo-
nitate est coram deo. in
re retribuere unicuique
re suas. Malicia hore-
re facit luxurie magne:
et hominis denudato ope-
is. ante morte ne laudes
merito: qui in filijs su-
lorum: non omne
aduas in domum tua.

eum ab humilitate ipsius. et exaltauit caput eius. et mirati sunt in illo multi. et honorauerunt dñm.
Bona et mala. uita et mors. paupertas et honestas. a deo sunt. **D**atio dei permanet iustis. et perfectus illius successus habebunt in eternū. **E**st qui locupletatur parte agendo. et hec pars mercedis illius in eo qd dicit. inueni requiem michi. et nunc māducabo de bonis meis solus. **E**t nescit qd tempus p̄tereat. et relinquat omnia alijs. **S**ta in testamento tuo. et in illo colloquere. et in opere mandatorū tuorū ueterasce. **N**e manseris in operibus peccatorū. confide autē in deo. et mane in loco tuo. **F**acile est enī in oculis dei. subito honestare pauperem. **B**enedictio dei in mercedem iusti festinat. et in honore ueloci processus illius fructificat. **N**e dicas. **Q**uid est m̄ opus. et que erunt michi ex hoc bona. **N**e dicas. **S**ufficiens sum. et quid ex hoc pessimabor. **I**n die bonorū ne inemor sis malorū. et in die malorū ne inemor sis bonorū. qm̄ facile est coram deo. in die obitus retribuere unicuiq; scdm̄ uias suas. **M**alicia hore obliuionē facit luxurie magne. et in fine hominis denudatio operum illius. **A**nte mortē ne laudes hōiem quemq; qm̄ in filijs suis agnoscitur uir. **N**on omnē hominē inducas in domū tuā.

multe enim sunt insidie dolosi. **S**icut enī eructant precordia feotentū. et sicut perdyx inducitur in caueam. et ut caprea in laqueum. sic et cor superborū. et sicut prospector uidens casum pximi sui. **B**ona enī in mala conitens insidiatur. et in electis iponet maculam. **A**b scintilla una augetur ignis. et ab uno doloso augetur sanguis. **H**omo uero peccator. sanguini insidiatur. **A**tende tibi a pestifero. fabricat enī mala. ne forte inducat super te sublannationē in perpetui. **A**dmitte ad te alienigenam. et subuertet te in turbine. et abalienabit te a tuis proprijs. **XII**
Si benefeceris. scito tui feceris. et erit gratia in bonis tuis multa. **B**enefac uisto. et iuuenies retributionē magnā. et si non ab ipso. certe a domino. **N**on est ei bene qui assiduus ē in malis. et elemosinam nō danti. qm̄ et altissimus odio habet peccōres. et misertus ē penitentibus. **D**a misericordi. et ne suscipias peccatorem. **E**t impijs et peccōrib; reddet uindictam. custodiens eos in die uindictę. **D**a bono. et non receperis peccōrem. **B**e ne fac humili. et non dederis impio. **P**rohibe panes illi dare. ne in ipsis potentior te sit. **N**am duplicia mala inuenies ī omib; bonis. qm̄ et altissimus odio habet peccatores. et impijs reddet

287

uindictam. Non agnosceretur in bonis amicus: et non abscondetur in malis inimicus. In bonis uiri: inimici illius in tristitia: et in malicia illi amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in eternum. Sicut enim eramentum: eruginat nequicia illius. Et si humiliatus uadat curuius; abice animum tuum: et custodi te ab illo. Non statuas illum penes te. nec se deat ad dexteram tuam. ne conuersus stet in loco tuo; ne forte conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam: et in nouissimo cognoscas uerba mea. et in sermonibus meis stimuleris. Quis medebitur uicantatori a serpente percusso. et omnibus qui appropiant bestiis: et qui comitatur cum uiro iniquo. et obuolutus est in peccatis eius. Una hora tecum permanebit: si autem declinaueris. non subportabit. In labiis suis indulcat inimicus. et in corde suo insidiatur: ut subuertat te in foueam. In oculis suis lacrimatur inimicus; et si inuenierit tempus. non siccabitur sanguine. Si incurrerit tibi mala: inuenies illum illic priorem. In oculis tuis lacrimabitur inimicus: et quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit. et plaudebit manu: et multa susurrans comitabit uultum suum. **XIII.** **Q**ui tetigerit picem inquina-

bitur ab ea: et qui communicauit superbo. induet superbiam. Ponderus super se tollit: qui honestiori se communicat. Et ditiori te: ne sciens fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam: Quando enim se colliserint: confringetur. Diues iniuste egit et fremebit: pauper autem lesus tacebit. Si largitus fueris assumet te: et si non habueris. derelinquet te. Si habes. conuiuuet tecum; et euacuabit te: et ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris. supplantabit te: et subridens spem dabit. narrans tibi bona. Et dicet. Quid opus est tibi: Et confundet te in cibus suis. donec te exmaniat bis et tertio: et in nouissimo deridet te. Postea uidens derelinquet te: et caput suum mouebit ad te. Humiliare deo: et expecta manus eius. Attende: ne seductus in stulticia humiliaris. Noli esse humilis in sapientia tua: et ne humiliatus in stulticiam. seducaris. Aduocat a potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne impudens sis. ne impingaris: et ne longe sis ab eo. ne eas in obliuionem. Ne retineas ex equo loqui cum illo: nec credas multis uerbis illius. Ex multa enim loquela temptabit te: et subridens interrogabit te. De absconditis tuis imittes animo illius; et non conseruabit uerba tua: et non parceret. De malicia

mactis carne nobis et am
inter auditu tuo: qui
stione tua ambulat. A
illa quasi in somp
e cruciabit. Omni
lege deum: et inuoc
et tua. Omne animal
mille filio: sic et ois homi
na filio. Omnis caro ad
sibi conuenerit: et on
stomachi sui locabitur. Si
mactet lupus agno alio
peccat: iusto. Que con
no homini latere ad cane
que pars bona diuina ad p
ne? Quanto leuiss onage
rem: sic palcia hie diu
pays. Et sicut aduocant
no humilitas: sic et ex
fims pauper. Diues con
schematur ab amicos su
nolis autem cum cerd dexte
tore et a nonis. Diueri de
mulo recipiatis. Locu
tore: et iustificauerunt illo
mulo decipis est: in sup
uare. Louis e sentate:
e domis laous. Diues locu
tamis rancient: et uerb
es ruf ad rubes perducit
uare louis est: et dicim
est hoc? Et si offenderit
mulo illum. Bona e subol
non e peccatum in con
uare nequissima pauper
umpy. Cui hominis im
stima illius: sicut in bon
mulo. Defigum cordis

et de unculis caue tibi. et attende diligenter auditui tuo. qm̄ cū subuersione tua ambulas. Audiens uero illa quasi in sompnis uide. et euigilabis. **O**mnī uita tua dilige deum. et inuoca illū in salute tua. **O**mnē animal diligit simile sibi. sic et oīs homo proximi sibi. **O**mnis caro ad similem sibi coniungetur. et omīs homo simili sui sociabitur. **S**icut cōmunicabit lupus agno aliquando. sic peccator iusto. **Q**uē cōmunicatio homini sancto ad canem. **A**ut que pars bona diuiti ad pauperem. **V**enatio leonis onager in heremo. sic pasua sūt diuitū pauperes. **E**t sicut abhominatio superbo humilitas. sic et execratio diuitis pauper. **D**iuēs cōmōtus confirmatur ab amicis suis. humilis autē cum ceciderit. expelletur et a notis. **D**iuiti decepto. multi recuperatores. **L**ocutus ē superbe. et iustificauerunt illum. **H**umilis deceptus est. insup et arguitur. **L**ocutus ē sensate. et n̄ est ei datus locus. **D**iuēs locutus ē. et omnes tacuerunt. et uerbū illius usq; ad nubes perflucent. **P**auper locutus est. et dicunt. **Q**uis est hic. **E**t si offenderit. subitent illum. **B**ona ē substantia. cui non ē peccatum in conscientia. et nequissima paupertas in ore impij. **C**or hominis inuitat faciem illius. siue in bono siue in malo. **V**estigium cordis

boni et faciem bonā. difficile inuenies. et cum labore. **XIII**

Beatus uir qui non ē lapsus uerbo ex ore suo. et non est stimulatus in tristitia delicti. **F**elix qui non habuit animi sui tristitiam. et non excidit ab spe sua. **U**iro cupido et tenaci sine ratōe est substantia. et homini luuido ad quid aurum. **Q**ui aceruat ex animo suo inuiste. alijs congregat. et in bonis illius alius luxuriabitur. **Q**ui sibi nequam est. cui alij bonus erit. **E**t nō iocundabitur in bonis suis. **Q**ui sibi inuidet. nichil est illo nequius. et hec est redditio malicie illius. **E**t si benefecerit. ignoranter et non uolens facit. et ī nouissimo manifestat maliciam suā. **N**eqm̄ est oculus luuidi. et autens faciem. et despiciens aīam suā. **I**n faciabilis oculus cupidi in partem iniquitatis. nō faciabitur donec consumet. arefaciens animā suam. **O**culus malus ad mala. et non faciabitur pane indigens. et in tristitia erit sup̄ mentem suam. **F**ili si habes. benefac tecum. et deo dignas oblationes offer. **M**emor esto qm̄ mors non tardat. et testamentū inferorū qd̄ demonstratum ē tibi. **T**estamentū enim huius mūdi. morte morietur. **A**n̄te mortem bene fac amico tuo. et scdm̄ uires tuas exporrigens da pauperi. **N**on defrauderis a die bona. et par

hominē: et reliquit illū in manū
consilij sui. Adiecit mandata ⁊
precepta sua. Si uolueris man-
data conseruare. conseruabunt
te: et in perpetuū fidem placi-
dam facere. Apposuit tibi aq̄m
et ignem: ad quod uolueris por-
rige manū tuam. Ante hōiem
uita et mors. bonum et malū;
qd̄ placuerit dabitur illi: qm̄
multa sapiā dei. et fortis in po-
tentia. et uidens omnes sine in-
termissione. Oculi dñi ad timē-
tes eum: et ip̄e agnoscit omnem
opam hominis. Remini manda-
uit impie agere: et nemini dedit
spatium peccandi. Non enī con-
cupiscit multitudinē filiorū infi-
delium et inuicium. **XVI**

Ne iocunderis in filiis impij.
si multiplicentur: nec oble-
cteris sup̄ ip̄os. si non ē timor dei
in illis. Non credas uite illorū:
et ne respexeris in labores illoꝝ.
Melior est enī unus timens dñi:
qm̄ mille filij impij. Et utile est
mori sine filiis: quā relinquere
filios impios. Ab uno sensato in-
habitabitur patria: et a tribz im-
pijs deseretur. Multa alia uidit
oculus n̄s: et fortiora horum au-
diuit auris mea. In synagoga
peccantiū exardabit ignis: et in
gente incredibili exardescet ira.
Non exorauerunt pro pecc̄is suis
antiqui gigantes: qui destructi
sunt. confidentes sue uirtuti. Et
nō pepererit pegrinationi illoꝝ. s̄

percussit eos: et execratus ē illos.
pre superbia uerbi illoꝝ. Non mi-
sertus est illis: totam gentem p-
dens. et extollentem se in pecca-
tis suis. Et sic sexcenta milia pe-
ditum. qui congregati sunt in
duricia cordis sui: et si unus fu-
isset ceruicatus. mirum si fuisset
imūnis. Misericordia enim et ira:
cum illo est. Potens exoratio: et
effundens iram. Scdm̄ m̄iam su-
am: sic et correptio illius. hōiem
scdm̄ opera sua iudicat. Non effu-
giet in rapinam peccatoꝝ: et nō
retardabit sufferentia m̄iam fa-
cientis. Omnis misericordia faciet
locum unicuiqz scdm̄ meritum
operū suoz: et scdm̄ intellectū
pegrinationis ip̄ius. Non dicas.
A deo abscondar: et ex summo
quis mei memorabitur. In p̄lo
magno non agnoscat. Que est
enim anima mea in tam imen-
sa creatura. Ecce celum et celi ce-
lorum. abyssus et uniuersa terra.
et que in eis sunt. in conspectu il-
lius comouebuntur: montes si-
mil et colles. et fundamenta terre.
Et cum conspexerit illa d̄s: tre-
more concutientur. Et in omnibz
hys: insensatum ē cor. Et om̄e
cor intelligitur ab illo: et uias
illius quis intelligat. et pcellam
quā nec oculus uidebit homini.
Nam plurima opa illius sunt
in abscondis. Sed opera iusticie
eius quis enuntiabit. aut quis
sustinebit. Longe enim est testa-

bucione. unicuique in caput ipsorum:
 et conuerteret in interiores partes
 terre. Penitentibus autem dedit ui-
 am iusticie: et confirmauit de-
 ficientes sustinere: et destinauit
 illis sortem ueritatis. Conuer-
 te ad dominum: et relinque peccata
 tua. Precare ante faciem domini:
 et minue offendicula. Reuere
 ad dominum. et auertere ab inulti-
 cia tua: et nimis odito execra-
 tione. Et cognosce iusticias et
 iudicia dei: et sta in sorte po-
 sitionis. et orationis altissimi
 dei. In partes uade seculi sci:
 cum uiuis et dantibus: confessio-
 ne deo. Non demoreris in errore
 impiorum. Ante mortem confitere:
 a mortuo quasi nichil perit. Con-
 fiteberis uiuens: uiuus et sanus
 confiteberis. et laudabis dominum: et
 gloriaberis in miserationibus illius.
 Quam magna misericordia dei: et p-
 piciatio illius conuidentibus ad se.
 Hec enim omnia possunt esse in
 omnibus: quoniam non est immortalis
 filius hominis: et in uanitate
 malicie placuerunt. Quid lu-
 cidius sole. Et hic deficiet. Aut
 quid nequius. quam quod excogita-
 uit caro et sanguis. Et hoc ar-
 guetur. Virtutem altitudinis ce-
 li ipse conspiciat: et omnes homi-
 nes terra et cinis. **XVII**

Qui uiuit in eternum: creauit
 omnia simul. Deus solus
 iustificabitur: et manet inuictus
 rex in eternum. Quis sufficere

enarrare opera illius: Quis enim
 inuestigabit magnalia illius.
 Virtutem autem magnitudinis ei
 quis enuntiabit. Et quis ad-
 ciet enarrare misericordiam eius. Non
 est minuere neque adicere: nec est
 inuenire magnalia dei. Cum con-
 sumauerit homo. tunc incipiet:
 et cum quiesuerit opabitur. Quid
 est homo. et que est gratia illius.
 Et quid est bonum. aut quid
 nequam illius. Numerus dierum
 hominum ut multum centum anni.
 quasi gutta aque amare depu-
 tati sunt: et sicut calculus are-
 ne. sic exigui anni in die eui. Prop-
 ter hoc patiens est deus in illis: et
 effundit super illos misericordiam suam.
 Vidit presumptionem cordis eorum
 quoniam mala est: et cognouit subu-
 sionem illorum. quoniam nequam est. Ideo
 adimpleuit propitiationem suam
 in illis: et ostendit illis uiam
 equitatis. Misericordia hominis circa
 proximum suum: misericordia autem do-
 mini super omnem carnem: qui mi-
 sericordiam habet. et docet et eru-
 dit. quasi pastor gregem suum.
 Misereatur excipiens doctrinam
 miserationis: et qui festinant in
 iudicium eius. Fili in bonis non
 des querelam: et in omni dato
 non des tristitiam uerbi mali.
 Nonne ardorem refrigerabit ros.
 Sic et uerbum: melius quam datum.
 Nonne ecce uerbum super datum
 bonum. Et utraque cum homi-
 ne iustificato. Stultus acriter

087

imperabit: et datus indiscipli
 nati tabescere facit oculos. An
 te iudiciū para iusticiam tibi:
 et ante qm loquaris. dilce. Ante
 languorem adhibe medicinā;
 et ante iudicium interroga te
 ipm: et in conspectu dei inue
 nies ppiationē. Ante languo
 rem humilia te: et in tempore
 infirmitatis ostende conuersa
 tionē tuam. Non impediaris
 orare semper: et nō ueteris usq;
 ad mortem iustificari: qm mer
 ces dei manet in eternū. Ante
 orationē prepara aīam tuam:
 et noli ēē quasi homo q temp
 tat dñm. Nemento ire in die
 consumationis: et tempus re
 tributionis in conūlatione fa
 cies. Nemento paupertatis in
